Zu

der öffentlichen Prüfung

aller Klassen des Gymnasiums

zu Oels

am 21sten und 22sten März 1853

und zu dem

am 22sten März, Nachmittags 2 Uhr,

im Saale zum Hirsch,

stattfindenden

Redeactus zur Entlassung der Abiturienten

ladet ergebenst ein

der Director Dr. Heiland.



Inhalt:

Oels,

Schnellpressendruck von A. Ludwig.

De genitivi usu Terentiano.

Prima mihi a schola scribendi occasione oblata non abduci me ab iis rebus, quibus aliquando operam dederam, verum reduci ad illas volebam. — Multi quidem etiamnunc sunt, qui licet ipsi a Graecis ac Romanis musis nutriti et educati sint tamen non desinant increpare eos, qui summam nostrorum hominum eruditionem in antiquitate ponant: illi certe immerito clamitant atque ob hoc multum reprehensi nec quidquam quod amplius contradicant habentes pugnare se negant contra eam vim, quam in nostram vitam exerceat antiquitas, verum philologos qui in rebus minimi momenti ingenii vires consumant quique de lana caprina litigent, adversarios sibi sumere se profitentur. Ceteris vero praetermissis etiamsi post multos labores singuli singula tantum afferant, ut in dies magis antiquitatis cognitio et linguae et vitae augeatur, nihil tamen quod maxima cum opera aliquis pepererit recusari debet; id quod animo agitantes philologi ab opera vel minimis rebus navanda non abducuntur. Qua de causa equidem non dubitavi ad eum antiquitatis scriptorem me recipere, in quo quum civis academicus eram et paullo post illa tempora operam ponebam, sed a quo puerorum et ducis et magistri negotiis postea remotus tenebar. Et volebam primum constare capto superius consilio legum prosodiacarum et metricarum e Terentii versibus derivandarum, ad quam rem primum opusculum spectaverat; sed ut diutissime his rebus operam conferebam, ita vanissimam illam judicare debebam, nisi de omnium antiquissimorum codicum scriptura diligentissime essem edoctus. Hanc ob rem ad alteram consilii partem exsequendam accingebar, ut qui sermo esset Terentii inquirerem: quam ad rem quamquam multum, minus tamen referret, quid vetustissimus quisque liber praeberet.

Linguae populorum antiquorum tum Graeci tum Latini nondum ita tractatae sunt a grammaticis, ut historica grammatica quam dicunt — qualem sermonis vernaculi Jacobus Grimm conscripsit — iam nunc uteremur. Etsi viri docti huius illius scriptoris dicendi usum explicare inceperunt, tamen quia multo minus quam quod sufficeret collectum est, nondum illud fieri potuit. Nec vero si quis tale opus efficere moliretur, sine reliquorum ope perficere posset; sed etiam comportata aedificandi materia opus relictum haberet dignum in quod summas vires impenderet cuique feliciter perfecto praemium largiremur. Itaque quum suae quisque scriptor aetatis mores expresserit, quicunque perlectus erit, opera illi navata inanis non erit; facile tamen maximos usus ad nostram rem poëtae dramatici afferent et oratores pervoluti, quippe qui prae ceteris suas aetates ac tempora nos edocere possint.

Nec de Romanorum poëtis comicis alia ac de ceteris dicenda sunt, etsi quaecunque ad nos pervenerunt non illorum propria sunt; itaque si quis historicam grammaticam latinam scripturus sit, hi pluris faciendi erunt quam adhuc a grammaticis facti sunt. Horum enim sermonem permagni nobis esse faciendum quis neget, quorum fabulae postpositis haud multis et comicorum poëtarum et tragicorum et paucis aliorum scriptorum fragmentis antiquissima linguae latinae sint monumenta et in quibus non tam eruditos et litteratos homines latinos audiamus loquentes quam vulgus, cuius sermone temporum etiam antiquiorum reliquiae solent contineri?

Iam quem composui libellus tractat usum genitivi Terentianum, sed non eum solum latine dicendi usum continet, qui sit proprius Terentii, verum quaecunque huius casus exempla apud illum leguntur enumerat, memorabilia explicat.

Iam vero quum in eo essem ut suo ordine digererem quae exempla tractanda excerpsissem: id fieri non posse aliter credebam, quam si doctrinam grammaticam latinam ab Ill. F. Haase praeceptore dilectissimo traditam sequerer; et quod illo invito facere non licebat, iam libentissime perpetravi, V. Cl. lepidissime adnuente et comissime. Quid autem h. l. Virum Clariss. laudibus tollam, cuius editoris scholarum grammaticarum a Reisigio habitarum merita de grammatica disciplina latina in omnium animo atque ore sint? De eo autem breviter mihi dicendum esse videatur, cur in edendis exemplis genitivi casus apud Terentium maiore cum diligentia certam quandam rationem atque viam disciplinae illius requisiverim. Alia aetas alii inservit interpretationi; quod in rebus publicis et profanis et sacris constat, non minus conceditur de linguae aetatibus. Qua re si quis usum quendam sermonis ratione habita eius aetatis cuius ille est explicare nequit: aut quid antea ille significaverit aut quae alia aetate pro illo fuerint usitata quaerit. Ut igitur antiquissimus quisque scriptor fuit, ita sermoni posteriorum aetatum cognoscendo atque intelligendo utilissimus est, neque aliter quo propius homo grammaticus ad primos linguae fontes accessit ac quo attentius cursum secutus est, quo illa delapsa sit: eo eruditior ille ipse, eo tutior aliorum dux debet videri, qualis mihi visus est praeceptor dilectissimus.

Inter casus nominis Latini Romani genitivum solum ita usurparunt, ut nomina ex nominibus pendere indicarent; quum nomina ex verbis pendentia aut in accusativo aut in dativo aut in ablativo ponerentur. Duae res inter se iunctae aut altera alteri sunt subiectae quia hac inferior est illa aut quia inter se sunt pares sibi subiunctae; neque hanc alteram ex altera pendere consentaneum est. Sed inter eas res quae sibi subjiciuntur aut ea ratio potest esse, ut utra sit natura superior in grammatica verborum structura pro superiori ponatur sibique inferiorem subiiciat atque ipsa in casu genitivo collocetur, aut ea ut res natura inferior in structura grammatica iudicetur superior atque illam in se continens. Ita duo genitivorum genera habemus pro notionum natura rerum diversa, in eo tamen paria, quod sunt nomina ex quibus genitivi pendere dicuntur; et ut non e nominibus, verum ex verbis pendere videantur genitivi verborum cohaerentiam leviter inspicienti, sunt tamen non verba sed nomina quae verbis continentur. — Primum de illis genitivis dicam qui exprimant notiones superiores, nec fieri potest aliter quam ut quos possessorum sive possessivos vocant prius tractemus. Et

certe parvus non est numerus horum genitivorum qui apud Terentium leguntur; iam in omnibus sex comoediis quotquot genitivos possessivos invenimus enumerabimus ab iis incipientes locis ubi de rei externae possessione dicitur. Cf. And. 1. 5. 51. huius formam atque aetatem; ib. 1. 5. 57. in germani fratris loco (ubi in loco adverbii vim habet); ib. 2. 1. 20. Hea. 1. 1. 52. Hec. 1. 2. 55. spatium solitudinis; And. 5. 3. 7. num eius color pudoris signum indicat? — et eius et pudoris sunt gen. poss., quibus alteri color alteri signum attribuitur, sed animadvertas quo verbo hic usus sit poëta, quo omne pudoris signum deesse optime ostenderit —; ibidem 5. 4. 25. eius nomen; Eun. 1. 2. 31. matris nomen et patris; 2. 3. 19. in cellulam patris; ib. 26. nova figura oris; ib. 79. illius vestem; 3. 1. 54. illius formam (huius); 3. 2. 1. vocem militis; 3. 5. 17. eius faciem; ib. 42. templa caeli; ib. 5. 4. 15. harum illuviem sordes inopiam; ib. 2. 2. 11. nitor vestitus — habitudo corporis. Hea. 1. 1. 60. armis belli; ib. 2. 3. 125. eius noctem; ib. 2. 4. 17. ex illius commodo; ib. 3. 1. 2. ostium vicini; ib. 44. eius sumptus (ib. 3. 2. 33.); ib. 3. 3. 11. ab ore eorum; ib. 4. 4. 9. sq. villam Charini; ib. 4. 5. 25. eius complacitam formam; ib. 5. 1, 14. voltus hominum. Ad. 3. 2. 35. in sui gremio patris; 4. 2. 32. sq. nomen illius hominis; ib. 42. Cratini huius ditis aedes; ib. 43. Dianae (supple templum); ib. 5. 3. 4. o maria Neptuni; Hec. prl. II. 1. ornatu prologi; ib. 3. 1. 38. matris vox Philumenae; ib. 3. 3. 9. voltum earum omnium; ib. 3. 4. 25. hominis faciem; ib. 4. 2. 20. longinquitas aetatis; ib. 5. 1. 9. nomen quaesti. Phorm. 2. 2. 12. pedum via; ib. 4. 3. 75. uxoris praedia; ib. 5. 3. 21. patris nomen aliud. Eiusdem generis exemplum legimus eiusdem fabulae 4. 3. 5., quod a prioribus eo differt quod res possessa non nomine substantivo, sed participio cui adverbium adpositum est exprimitur; bene parta sunt fortunae honeste comparatae. Illis sunt adiungendi loci, ubi non de re sed de persona quam aliquis possideat dicitur, quamquam inter personas aliae aliis rectius ita usurpantur, quare prius locos enumerabo, ubi de servis dicitur, qui ut apud antiquos pro rebus habentur ita in fabulis Romanorum idem valent, etiamsi multum illic perficiant. Conf. And. 1. 1. 56. illorum servolos; Eun. 2. 2. 37. rivalis servom; Hea. 3. 2. 4. Cliniai servos tardiusculus; ib. 20. servolum adulescentis; ib. 4. 4. 22. ancillas Bacchidis. Praeterea animadvertas unum locum ubi pro nomine appellativo proprium est positum; solent vero et servi et servae etiamnunc certis nominibus uti quae totum genus significant, itaque apud Terentium And. 2. 2. 20. legimus huius Byrriam. A servis non differunt amicae nec multum parasiti, ut Eun. 2. 1. 23. parasitus militis; He. 3. 3. 6. eius amicam; ib. 4. 2. 3. amicam gnati; ib. 4. 3. 19. amicam Clitiphonis; ib. 34. amicam gnati; ib. 4. 5. 19. tui Clitiphonis amicam; ib. 4. 8. 11. Clitiphonis amica; ib. 5. 1. 26. amicam Cliniae; ib. 35. fili amica Bacchis. Neque aliter eae personae quae propinquitatis vinculo cum aliquo sunt coniunctae huius esse dicuntur: ut And. 1. 1. 97. sororem Chrysidis; ib. 1. 3. 18. Chrysidis patrem; ib. 3. 3. 17. Pamphili pater; ib. 4. 3. 17. sponsae pater; ib. 4. 5. 6. sobrinus Chrysidis, ib. 5. 4. 22. ad Chrysidis patrem. Eun. 1. 2. 51. eius frater (ib. 123.); ib. 4. 1. 3. frater virginis; ib. 7. de sorore eius; ib. 5. 1. 8. frater Phaedriae; ib. 5. 2. 52. frater virginis. Ad. 3. 2. 53. Hegioni cognato eius; ib. 3. 4. 25. ad matrem virginis (ib. 32. et 4. 3. 7.); ib. 5. 8. 6. huius uxori. Hec. 1. 2. 97. cognatus senex

horunce; ib. 116. patrem Philumenae; ib .3. 1. 38. matris Philumenae; ib. 3. 2. 6. uxorem Pamphili; ib. 4. 1. 41. virum gnatae. Phorm. 1. 2. 13. senis nostri fratrem (ib. 5. 6. 25.); ib. 1. 2. 97. pater eius; ib. 1. 4. 21. huius patrem (ib. 2. 3. 8.; 4. 2. 10.; 5. 1. 4.; 10; 35); ib. 4. 1. 3. eius mater (5. 6. 33.); ib. 5. 2. 11. uxorem eius; ib. 5. 8. 48. cuius vir. Neque aliena ab hoc loco sunt haec exempla: And. 1. 4. 5. compotrix eius; ib. 2. 2. 36. senis amicos; Eun. 2. 3. 63. Phaedriae rivalis. Hea. 2. 3. 58. eius internuntia: ib. 3. 1. 46. eius comitibus. Phorm. 1. 2. 78. paternum amicum virginis; ib. 2. 1. 77. patronum mulieris; ib. 5. 6. 3. amicos eius. Denique his adiungere non dubito Phorm. 5. 1. 9. meae gnatae nutricem: licet etiam iis locis hic adnumeretur ubi de servis dictum est. Loci ubi de rebus internis quas possideat aliquis dicitur sunt hi: And. prol. 20. quorum neclegentiam; ib. 21. istorum obscuram diligentiam; ib. 1. 1. 37; eorum studiis; ib. 44. cognatorum neclegentia; ib. 50. ingenium omnium hominum; ib. 65. exemplum continentiae (conf. Ad. 5. 1. 5. exemplum disciplinae); ib. 68. suae vitae modum; ib. 86. humani ingenii mansuetique animi officia; ib. 1. 2. 4. eri lenitas; ib. 1. 3. 2. sententiam senis de nuptiis; ib. 12. eorum audaciam, operae pretium; ib. 1. 4. 4. aniculae importunitatem; ib. 1. 5. 1. officium patris; ib. 2. pro deum fidem; (conf. Eun. 5. 4. 21. Hec. 2. 1. 1. Phorm. 2. 3. 4.) — ib. 11. pro deum atque hominum fidem (Hea. 1. 1. 9.); ib. 39. bene et pudice eius doctum atque eductum ingenium; ib. 2. 1. 30. officium liberi hominis; ib. 3. 1. 8. bonum ingenium adulescentis; ib. 3. 3. 23. amantium irae; ib. 25. eius lubido; ib. 26. harum scelera et lacrumae confictae; ib. 3. 3. 44 intumust eorum consiliis i. e. consilia quae ii habent optime novit (conf. Phorm. 3. 1. 17), quod differt a dictione: cuius consilio fretus sum (And. 2. 1. 36; conf. Hec. 3. 5. 64), hoc est consilio cuius Davus fuit auctor; ib. 5. 1. 12. eius labore atque eius dolore; ib. 5. 2. 28. pietatem gnati; 5. 3. 8. praeter civium morem atque legem et sui voluntatem patris; ib. 16. huius amentia; 5. 4. 9. eorum animos; ib. 40. huius memoriam; 5. 6. 3, more hominum. Eun. prol. 26. parasiti personam et militis; prol. 28. imprudentia poëtae; 2. 1. 16. mollities animi; 2. 2. 19, eorum ingenia; ib. 45. omnium rerum vicissitudo; 2. 3. 10. huius rabies; 4. 6. 3. illius ineptiam et magnifica verba; 4. 7. 8. imperatoris virtutem et vim militum; ib. 42. ingenium mulierum; 5. 2. 23. eius confidentia; ib. 61. eius audaciam; 5. 4. 10. meretricum ingenia et mores; 5. 5. 24. audaciam meretricum; 5. 8. 18. mei patris festivitatem et facilitatem. Hea. prol. 24. amicum ingenio (conf. 2. 3. 43. cuiusque ingenium); 1. 1. 14. illorum officia; ib. 48. animum aegrotum adulescentuli; ib. 49. vi et via pervolgata patrum; 1. 1. 68. animi pudentis signum et non instrenui; 1. 2. 15. patris iram et animum amicae suae; ib. 21. illius animus (conf. 2. 3. 126; 5. 1. 72; 5. 2. 2); ib. 27. praeter eius lubidinem; ib. 29. ex illius more an ex huius vivere (conf. 2. 2. 10. mores mulierum); 2. 2. 4. cuius sub imperio; 2. 3. 19. harum mores; ib. 72. o hominis impudentem audaciam; ib. 2. 4. 13. cuius mos; 3. 1. 94 hominum natura omnium; 3. 3. 19. hominis frugi et temperantis officium; 5. 1. 5. eius stultitia; ib. 57. eius sumptibus. Ad. prol. 20. quorum opera; prol. 25. cui versu Bentleius de suo versum integrum praemittit, quamquam a se inventum non in poëtae orationem inserit, de verborum sententia dubius quidem non sum; nam etiamsi non cum Donato dixerim v e s t r a deesse, ea tamen aequanimitas quam poëta

ad scribendum vult augere industriam alia non est ac quam in spectatoribus esse vult. Sed quaeritur num *poëtae* sit habendum pro genitivo an pro dativo, de quare videas adnotat. I. Ib. 3. 3. 13. hominis stultitiam; ib. 37. lenitas patris et facilitas. 3. 4. 17. neque boni neque liberalis officium viri; ib. 34. captus servolorum; 4. 1. 17. illius sensum; ib. 5. 9. 9. mediocris hominis officia. Hec. prol. 2. 25. pugilum gloria (nisi forte hic potius cogitandum est de genitivo obiectivo quam de subiectivo quia sequitur *funambuli exspectatio*, quod infra videbis); ib. 1. 2. 77. ingenium Pamphili; ib. 88. ambarum earum mores (conf. adn. Bentl. et Krauss. quaestt. Ter. crit. Bonn. 1850. pag. 45 sq.); ib. 2. 1. 3. ab aliorum ingenio; ib. 36. illius culpa (conf. 4. 1. 20); ib. 2. 2. 6. illorum animos; ib. 8. illarum potestate, 3. 5. 28. eius mores; ib. 64. cuius consilio (v. 4. 1. 64 et quae supra diximus ad And. 3. 4. 44.); ib. 4. 1. 19. advorsum animi tui libidinem; ib. 54. eius sententia; ib. 4. 2. 13. illius stultitia victa; 4. 4. 36. eius animum. Phorm. prol. 33. actoris virtus; 1. 2. 10. cuius fidem; ib. 57. vis boni; ib. 89. viri officium, ib. 1. 4. 8: eius iracundiae (conf. ib. 12; 2. 2. 9.); 2. 1. 45. iudicum culpa; ib. 51. adulescentuli officium liberalis; ib. 57. columen familiae; 2. 3. 55. cuius stultitia; 3. 1. 6. cuius miserae spes opesque; 3. 2. 33. horunc amorem; 4. 3. 14. eius sententiam; 4. 5. 13. ipsius voluntate; 5. 3. 4. viri culpa; 5. 9. 56. eius iudicio. — Inter hos genitivos non pauci sunt quales subiectivi a grammaticis vocentur: et omnes illi videlicet sunt subiectivi, quia sunt subiecta de quibus id praedicatur quod iis tribuitur; sed ita nominari ii tantum solent qui conversa verborum structura possint esse obiectivi vel obiecta eius actionis quae genitivo adponitur. Sed sunt obiectivi quoque genitivi quodam modo possessorum quippe qui non in se virtutem aliquam habeant qua sint ornati, sed quorum sit id quod contigerit iis et quod alii in eos faciant. Qua re Terentianos genitivos obiectivos iam enarrabo qui multis locis non differunt ab aliorum scriptorum usu, v. c. And. 1. 5. 26. nuptiarum sollicitatio, 3. 3. 23. amoris integratio; Eun. 4. 4. 4. vestis mutatio. Hec. prol. 2. 26. funambuli exspectatio. Phorm. 2. 1. 63. testimoni dictio; 2. 2. 1. *patris conspectum*, quod in utramque partem accipi potest, ut sit pater aut qui conspiciatur aut qui conspiciat. Eun. 3. 5. 18. elegans formarum spectator; 4. 3. 23.; amatores mulierum maximos; Phormio 2. 3. 27. bonorum extortor, legum contortor. Ad. 5. 3. 7. communis corruptela nostrum liberum (ib. 2. 1. 34. pernicies communis adulescentium). Phorm. 5. 8. 35. repudium alterae; And. 1. 2. 95. uxoris misericordia; 1. 5 26 sq. misericordia huius, tum patris pudor, quod vernacule significat: Schaam vor dem Vater (conf. Ad. 4. 5. 49 de quo loco infra vid.); Eun. 3. 1. 14. sq. negoti odium; 5. 5. 2. neque agri neque urbis odium. Hec. 2. 1. 22. odium tui; 4. 2. 4. odium mei. Hea. 4. 5. 43. amoris suspicio. Hec. 1. 2. 13. desiderium Athenarum; 3. 3. 44. amor consuetudoque eius. And. 5. 2. 2. meo praesidio atque hospitis. Eun. 3. 1. 14. satietas hominum. Hec. 4. 2. 19. studiorum meorum satias. Phorm. 5. 5. 6. satietatem amoris. Hea. 4. 3. 32. potestatem tantae astutiae; Phorm. 1. 2. 63. eius faciat copiam; And. 1. 5. 12. Chremetis affinitatem (ib. 2. 6. 8.) Praeterea conf. haec exempla: Hea. 4. 1. 23. spem vitae; 4. 3. 35. spem nuptiarum omnem. Hea. 4. 1. 33. meae stultitiae iustitia tua sit aliquid praesidii — ubi *meae stultitiae* dativus esse potest, sed pro eo a me minus habeatur, quoniam similis vox *remedium* cum genitivo obiectivo connectitur

horunce; ib. 116. patrem Philumenae; ib .3. 1. 38. matris Philumenae; ib. 3. 2. 6. uxorem Pamphili; ib. 4. 1. 41. virum gnatae. Phorm. 1. 2. 13. senis nostri fratrem (ib. 5. 6. 25.); ib. 1. 2. 97. pater eius; ib. 1. 4. 21. huius patrem (ib. 2. 3. 8.; 4. 2. 10.; 5. 1. 4.; 10; 35); ib. 4. 1. 3. eius mater (5. 6. 33.); ib. 5. 2. 11. uxorem eius; ib. 5. 8. 48. cuius vir. Neque aliena ab hoc loco sunt haec exempla: And. 1. 4. 5. compotrix eius; ib. 2. 2. 36. senis amicos; Eun. 2. 3. 63. Phaedriae rivalis. Hea. 2. 3. 58. eius internuntia: ib. 3. 1. 46. eius comitibus. Phorm. 1. 2. 78. paternum amicum virginis; ib. 2. 1. 77. patronum mulieris; ib. 5. 6. 3. amicos eius. Denique his adiungere non dubito Phorm. 5. 1. 9. meae gnatae nutricem: licet etiam iis locis hic adnumeretur ubi de servis dictum est. Loci ubi de rebus internis quas possideat aliquis dicitur sunt hi: And. prol. 20. quorum neclegentiam; ib. 21. istorum obscuram diligentiam; ib. 1. 1. 37; eorum studiis; ib. 44. cognatorum neclegentia; ib. 50. ingenium omnium hominum; ib. 65. exemplum continentiae (conf. Ad. 5. 1. 5. exemplum disciplinae); ib. 68. suae vitae modum; ib. 86. humani ingenii mansuetique animi officia; ib. 1. 2. 4. eri lenitas; ib. 1. 3. 2. sententiam senis de nuptiis; ib. 12. eorum audaciam, operae pretium; ib. 1. 4. 4. aniculae importunitatem; ib. 1. 5. 1. officium patris; ib. 2. pro deum fidem; (conf. Eun. 5. 4. 21. Hec. 2. 1. 1. Phorm. 2. 3. 4.) — ib. 11. pro deum atque hominum fidem (Hea. 1. 1. 9.); ib. 39. bene et pudice eius doctum atque eductum ingenium; ib. 2. 1. 30. officium liberi hominis; ib. 3. 1. 8. bonum ingenium adulescentis; ib. 3. 3. 23. amantium irae; ib. 25. eius lubido; ib. 26. harum scelera et lacrumae confictae; ib. 3. 3. 44 intumust eorum consiliis i. e. consilia quae ii habent optime novit (conf. Phorm. 3. 1. 17), quod differt a dictione: cuius consilio fretus sum (And. 2. 1. 36; conf. Hec. 3. 5. 64), hoc est consilio cuius Davus fuit auctor; ib. 5. 1. 12. eius labore atque eius dolore; ib. 5. 2. 28. pietatem gnati; 5. 3. 8. praeter civium morem atque legem et sui voluntatem patris; ib. 16. huius amentia; 5. 4. 9. eorum animos; ib. 40. huius memoriam; 5. 6. 3, more hominum. Eun. prol. 26. parasiti personam et militis; prol. 28. imprudentia poëtae; 2. 1. 16. mollities animi; 2. 2. 19, eorum ingenia; ib. 45. omnium rerum vicissitudo; 2. 3. 10. huius rabies; 4. 6. 3. illius ineptiam et magnifica verba; 4. 7. 8. imperatoris virtutem et vim militum; ib. 42. ingenium mulierum; 5. 2. 23. eius confidentia; ib. 61. eius audaciam; 5. 4. 10. meretricum ingenia et mores; 5. 5. 24. audaciam meretricum; 5. 8. 18. mei patris festivitatem et facilitatem. Hea. prol. 24. amicum ingenio (conf. 2. 3. 43. cuiusque ingenium); 1. 1. 14. illorum officia; ib. 48. animum aegrotum adulescentuli; ib. 49. vi et via pervolgata patrum; 1. 1. 68. animi pudentis signum et non instrenui; 1. 2. 15. patris iram et animum amicae suae; ib. 21. illius animus (conf. 2. 3. 126; 5. 1. 72; 5. 2. 2); ib. 27. praeter eius lubidinem; ib. 29. ex illius more an ex huius vivere (conf. 2. 2. 10. mores mulierum); 2. 2. 4. cuius sub imperio; 2. 3. 19. harum mores; ib. 72. o hominis impudentem audaciam; ib. 2. 4. 13. cuius mos; 3. 1. 94 hominum natura omnium; 3. 3. 19. hominis frugi et temperantis officium; 5. 1. 5. eius stultitia; ib. 57. eius sumptibus. Ad. prol. 20. quorum opera; prol. 25. cui versu Bentleius de suo versum integrum praemittit, quamquam a se inventum non in poëtae orationem inserit, de verborum sententia dubius quidem non sum; nam etiamsi non cum Donato dixerim v e s t r a deesse, ea tamen aequanimitas quam poëta

ad scribendum vult augere industriam alia non est ac quam in spectatoribus esse vult. Sed quaeritur num p o ë t a e sit habendum pro genitivo an pro dativo, de quare videas adnotat. I. Ib. 3. 3. 13. hominis stultitiam; ib. 37. lenitas patris et facilitas. 3. 4. 17. neque boni neque liberalis officium viri; ib. 34. captus servolorum; 4. 1. 17. illius sensum; ib. 5. 9. 9. mediocris hominis officia. Hec. prol. 2. 25. pugilum gloria (nisi forte hic potius cogitandum est de genitivo obiectivo quam de subiectivo quia sequitur f u n a m b u l i e x s p e c t a t i o, quod infra videbis); ib. 1. 2. 77. ingenium Pamphili; ib. 88. ambarum earum mores (conf. adn. Bentl. et Krauss. quaestt. Ter. crit. Bonn. 1850. pag. 45 sq.); ib. 2. 1. 3. ab aliorum ingenio; ib. 36. illius culpa (conf. 4. 1. 20); ib. 2. 2. 6. illorum animos; ib. 8. illarum potestate, 3. 5. 28. eius mores; ib. 64. cuius consilio (v. 4. 1. 64 et quae supra diximus ad And. 3. 4. 44.); ib. 4. 1. 19. advorsum animi tui libidinem; ib. 54. eius sententia; ib. 4. 2. 13. illius stultitia victa; 4. 4. 36. eius animum. Phorm. prol. 33. actoris virtus; 1. 2. 10. cuius fidem; ib. 57. vis boni; ib. 89. viri officium, ib. 1. 4. 8: eius iracundiae (conf. ib. 12; 2. 2. 9.); 2. 1. 45. iudicum culpa; ib. 51. adulescentuli officium liberalis; ib. 57. columen familiae; 2. 3. 55. cuius stultitia; 3. 1. 6. cuius miserae spes opesque; 3. 2. 33. horunc amorem; 4. 3. 14. eius sententiam; 4. 5. 13. ipsius voluntate; 5. 3. 4. viri culpa; 5. 9. 56. eius iudicio. — Inter hos genitivos non pauci sunt quales subiectivi a grammaticis vocentur: et omnes illi videlicet sunt subiectivi, quia sunt subiecta de quibus id praedicatur quod iis tribuitur; sed ita nominari ii tantum solent qui conversa verborum structura possint esse obiectivi vel obiecta eius actionis quae genitivo adponitur. Sed sunt obiectivi quoque genitivi quodam modo possessorum quippe qui non in se virtutem aliquam habeant qua sint ornati, sed quorum sit id quod contigerit iis et quod alii in eos faciant. Qua re Terentianos genitivos obiectivos iam enarrabo qui multis locis non differunt ab aliorum scriptorum usu, v. c. And. 1. 5. 26. nuptiarum sollicitatio, 3. 3. 23. amoris integratio; Eun. 4. 4. 4. vestis mutatio. Hec. prol. 2. 26. funambuli exspectatio. Phorm. 2. 1. 63. testimoni dictio; 2. 2. 1. p a t r i s c o n s p e c t u m, quod in utramque partem accipi potest, ut sit pater aut qui conspiciatur aut qui conspiciat. Eun. 3. 5. 18. elegans formarum spectator; 4. 3. 23.; amatores mulierum maximos; Phormio 2. 3. 27. bonorum extortor, legum contortor. Ad. 5. 3. 7. communis corruptela nostrum liberum (ib. 2. 1. 34. pernicies communis adulescentium). Phorm. 5. 8. 35. repudium alterae; And. 1. 2. 95. uxoris misericordia; 1. 5. 26 sq. misericordia huius, tum patris pudor, quod vernacule significat: Schaam vor dem Vater (conf. Ad. 4. 5. 49 de quo loco infra vid.); Eun. 3. 1. 14. sq. negoti odium; 5. 5. 2. neque agri neque urbis odium. Hec. 2. 1. 22. odium tui; 4. 2. 4. odium mei. Hea. 4. 5. 43. amoris suspicio. Hec. 1. 2. 13. desiderium Athenarum; 3. 3. 44. amor consuetudoque eius. And. 5. 2. 2. meo praesidio atque hospitis. Eun. 3. 1. 14. satietas hominum. Hec. 4. 2. 19. studiorum meorum satias. Phorm. 5. 5. 6. satietatem amoris. Hea. 4. 3. 32. potestatem tantae astutiae; Phorm. 1. 2. 63. eius faciat copiam; And. 1. 5. 12. Chremetis affinitatem (ib. 2. 6. 8.) Praeterea conf. haec exempla: Hea. 4. 1. 23. spem vitae; 4. 3. 35. spem nuptiarum omnem. Hea. 4. 1. 33. meae stultitiae iustitia tua sit aliquid praesidii — ubi m e a e s t u l t i t i a e dativus esse potest, sed pro eo a me minus habeatur, quoniam similis vox r e m e d i u m cum genitivo obiectivo connectitur

Hea. 3. 2. 28: magnarum id remedium aegritudinum est. Ad. 3. 1. 7, solus mearum est miseriarum remedium; Phorm. 1. 4. 8. remedium inveniam iracundiae. — (Cf. adnott. II.)

At genitivi non oportet sint genitivi nominum, ut ad personas vel res vel virtutes pertineat actio quaedam substantivo expressa, sed etiam notio genitivi actione potest contineri; nec quum dico pro spe nuptiarum nubendi spem, non aliter habeo genitivum obiecti. Qua de re plerisque locis ubi ex nominibus derivatis vel a verbis transitivis vel ab adiectivis vel ex similibus genitivi gerundii pendent, hos obiectivos censeo. Apud Terentium habemus hos: And. 1. 1. 25. libera vivendi potestas; 3. 3. 9. cuius servandi potestas. Hec. prol. 2. 37. potestas condecorandi ludos scenicos. Phorm. 1. 3. 22. potestas consulendi quid velis. Eun. prol. 21. inspiciundi copia; 4. 2. 20. seq. si non tangendi copia est, eho ne videndi quidem erit. Hea. prol. 28. crescendi copiam. 1. 3. 41. existumandi copiam consuetudinem. Phorm. 1. 3. 24. ut neque mihi eius sit amittendi nec retinendi copia. 5. 7. 2. summa eludendi occasiost senes. Similiter res se habet h. l. And. 1. 2. 11. spatium cogitandi ad disturbandas nuptias; Hea. 2. 1. 6. et cognoscendi et ignoscendi peccati dabitur locus. Ad. 3. 3. 66. otium est auscultandi. Hec. prol. 2. 36. agendi tempus mihi datum est; 4. 4. 62. spatium amandi amicam; 5. 1. 20. dum tibi tempus consulendi est. Phorm 4. 4. 20 sq. spatium vocandi (ad nuptias), sacrificandi; 5. 4. 9. conveniundi patris tempus. And. 2. 2. 17. quae nunc non est narrandi locus. Hea. 3. 3. 22. una accedundi via est? And. 1. 1. 127. obiurgandi locus; ib. 131. vera obiurgandi causa est. Hec. 2. 2. 13, east retinendi causa. Phorm. 1. 1. 16 puer causa erat mittundi. Nec minus huc spectant duo loci ubi finis cum genitivo gerundii coniungitur: And. 5. 1. 2. orandi iam finem face. Phorm. prol. 22. sq. finem faciam dicundi, peccandi quum ipse finem fecerit.

Restant tres loci quibus cum genitivo gerundii pro accusativo genitivus nominis quo obiectum exprimatur coniunctus legitur. Inter locos supra enarratos sunt quindecim qui gerundii genitivum aut ut dicunt absolute positum aut certe non cum nomine coniunctum monstrant; quinque locis accusativus obiecti adpositus est. Praeter hos viginti locos et eos ubi ex adiectivo pendet gerundium novem tantum supersunt ubi ex nomine substantivo pendet gerundii genitivus, inter quos bis pendet ex voce causa propositionis loco posita: Eun. 4. 1. 6. id faciebat retinendi illius causa; Hec. 3. 2. 7. ne mittas visendi causa quemquam; tribus locis non apparet num verbum habeat gerundii formam an sit participium futuri passivi, num genitivus sit coniunctus cum isto an gerundio adiectus: ut And. 3. 3. 9. cuius tibi potestas summa servandi datur; Hea. 2. 1. 6; Phorm. 5. 4. 9. Iam nemo dubitaret quin his tribus quoque locis gerundivum quod dicunt statueret, nisi essent loci qui genitivum gerundii et nominis casum alterum simul substantivo appositos monstrarent; maxime memorabile illud exemplum videtur ex Hea. prol. (vers. 28) ubi legimus: „novarum (fabularum) qui spectandi faciunt copiam; — nec codices illic discordant. Nec minus vetustissimi codices Faerni dissentire non videntur Phorm. 1. 3. 24. ubi praebent: ut neque mihi eius sit amittendi nec retinendi copia. Sed Bentleius e quatuor codd. quorum tamen ullum optime esse notae e Brixii enarratione critica a. 1852. in lucem egressa non apparet, „mi ius sit e. qu. sqq.“ posuit, ne ad sententiam quidem omnino vera exhibens nisi Burrmannus

ad Vergilii Aen. 11. 696, (conf. Ter. ed. Reinhardt pag. 308.) falsa docuit. Consentientes etiam Hec. 3. 3. 12. libri exhibent: ego eius videndi cupidus (uxoris) — quod exemplum quamquam genitivus ex adiectivo relativo, non e substantivo pendet tamen propter similem casus secundi cum gerundio coniunctionem huc referendum est. Deinde Ph. 5. 6. 40. non difficile est disceptatu quae sint vera, nec Bentleius modo optime excussit veram lectionem, quum: „ait uterque tibi potestatem eius habendi se dare“ ederet, sed etiam eius ope non amplius difficile est expositu, qua via etiam in antiquissimos libros falsa pro veris irrepserint; Faernus dicit in nullo libro se, in omnibus dari pro dare legi et Bembino excepto omnes codd. habendae hunc adhibendae exhibere; Bentleius codices tribus recentioribus exceptis praebere se omnes dare, ut videtur etiam habendae. Iam apparet primum ex habendi se (habendise) profectum esse habendae; iam in alteris libris dare non mutatum constitit et infinitivo activi attentiores scribae alterum se addiderunt, quum deficiente subiecto tum ne versu syllaba deesset; contra in alteris dari factum est ex dare ibique corrector, ut opinatur Bentleius, adhibendae scripsit, quum emendare studeret metrum. — Quae quum ita sint, et quum quinque supra laudatis locis accusativum gerundio adiectum viderimus, affirmare non dubito Terentio gerundivum certe in casu altero usitatum non fuisse; qua re postremo non possum quin cum Bentleio faciens uno huius modi loco qui repugnaverit Phorm. 5. 4. 8. habendae in habendi mutem quamquam a parte librorum prorsus non edoctus.

Altera iam est quaestio, quomodo hos genitivos explicemus. Ill. Haase in adn. 595. ad §. 439. schol. Reisig. Reisigii doctrinam dicentis duos diversos genitivos ex eodem nomine pendere praefert doctrinae Stallbaumii Kritzii aliorum qui statuunt alterum genitivum coniungendum esse cum notione exorta e connexis nomine regente quod dicunt et gerundio. Etiam si ipse non multa tribuerim usu graeco (conf. Adn. III.), tamen a Reisigii et Haasii partibus malim stare; nam duarum notiones vocum tanquam una comprehendi etsi multis locis ad ginitivos similes explicandos concedendum est (conf. intrpp. ad Caes. de b. gall. 5. 8.), posterioribus tamen linguae latinae aetatibus tale quid ascripserim non superioribus. Secundum Reisigii sententiam Hea. prol. 28. novarum non secus ex nomine copiam atque e genitivo spectandi pendet: populus Romanus a poëta rogatur, ut ipsi crescendi et favore et auctoritate det copiam sicut poëta ipse faciat novarum fabularum potestatem s. copiam, quae copia nulla alia est nisi novas fabulas spectandi, quare gerundium eiusdem casus accedit. Similiter explicandi sunt reliqui loci, quorum omnium unum est commune ut nominis genitivus antecedat verbi, sive vocula una ille disiunctus est ab hoc ut Hea. prol. 28. novarum qui spectandi; Ph. 1. 3. 24. eius sit amittendi, sive alter propter alterum positus est ut Hec. 3. 3. 12. eius videndi; Ph. 5. 6. 40. eius habendi; ib. 5. 4. 8. huiusce habendi; sive nomen cui apponitur genitivus sequitur (conf. locos Hea. Hec. et Ph. 1. 3. 24.) seu praemittitur. Sed haec verborum collocatio apud comicum poëtam vel ut accuratius disseram in dialogis minime sine ulla gravitate est, quippe ubi etiam magis quam in libris qui legendo potius inserviunt perspicua explicatione opus sit, et etiam gravior illa res videtur, quum illis quinque locis ubi non genitivus sed accusativus ex gerundio pendens legitur excepto uno omnibus accusativus sequatur gerundium seu disiunctus

Hea. 3. 2. 28: magnarum id remedium aegritudinum est. Ad. 3. 1. 7, solus mearum est miseriarum remedium; Phorm. 1. 4. 8. remedium inveniam iracundiae. — (Cf. adnott. II.)

At genitivi non oportet sint genitivi nominum, ut ad personas vel res vel virtutes pertineat actio quaedam substantivo expressa, sed etiam notio genitivi actione potest contineri; nec quum dico pro spe nuptiarum nubendi spem, non aliter habeo genitivum obiecti. Qua de re plerisque locis ubi ex nominibus derivatis vel a verbis transitivis vel ab adiectivis vel ex similibus genitivi gerundii pendent, hos obiectivos censeo. Apud Terentium habemus hos: And. 1. 1. 25. libera vivendi potestas; 3. 3. 9. cuius servandi potestas. Hec. prol. 2. 37. potestas condecorandi ludos scenicos. Phorm. 1. 3. 22. potestas consulendi quid velis. Eun. prol. 21. inspiciundi copia; 4. 2. 20. seq. si non tangendi copia est, eho ne videndi quidem erit. Hea. prol. 28. crescendi copiam. 1. 3. 41. existumandi copiam consuetudinem. Phorm. 1. 3. 24. ut neque mihi eius sit amittendi nec retinendi copia. 5. 7. 2. summa eludendi occasiost senes. Similiter res se habet h. l. And. 1. 2. 11. spatium cogitandi ad disturbandas nuptias; Hea. 2. 1. 6. et cognoscendi et ignoscendi peccati dabitur locus. Ad. 3. 3. 66. otium est auscultandi. Hec. prol. 2. 36. agendi tempus mihi datum est; 4. 4. 62. spatium amandi amicam; 5. 1. 20. dum tibi tempus consulendi est. Phorm 4. 4. 20 sq. spatium vocandi (ad nuptias), sacrificandi; 5. 4. 9. conveniundi patris tempus. And. 2. 2. 17. quae nunc non est narrandi locus. Hea. 3. 3. 22. una accedundi via est? And. 1. 1. 127. obiurgandi locus; ib. 131. vera obiurgandi causa est. Hec. 2. 2. 13, east retinendi causa. Phorm. 1. 1. 16 puer causa erat mittundi. Nec minus huc spectant duo loci ubi finis cum genitivo gerundii coniungitur: And. 5. 1. 2. orandi iam finem face. Phorm. prol. 22. sq. finem faciam dicundi, peccandi quum ipse finem fecerit.

Restant tres loci quibus cum genitivo gerundii pro accusativo genitivus nominis quo obiectum exprimatur coniunctus legitur. Inter locos supra enarratos sunt quindecim qui gerundii genitivum aut ut dicunt absolute positum aut certe non cum nomine coniunctum monstrant; quinque locis accusativus obiecti adpositus est. Praeter hos viginti locos et eos ubi ex adiectivo pendet gerundium novem tantum supersunt ubi ex nomine substantivo pendet gerundii genitivus, inter quos bis pendet ex voce causa propositionis loco posita: Eun. 4. 1. 6. id faciebat retinendi illius causa; Hec. 3. 2. 7. ne mittas visendi causa quemquam; tribus locis non apparet num verbum habeat gerundii formam an sit participium futuri passivi, num genitivus sit coniunctus cum isto an gerundio adiectus: ut And. 3. 3. 9. cuius tibi potestas summa servandi datur; Hea. 2. 1. 6; Phorm. 5. 4. 9. Iam nemo dubitaret quin his tribus quoque locis gerundivum quod dicunt statueret, nisi essent loci qui genitivum gerundii et nominis casum alterum simul substantivo appositos monstrarent; maxime memorabile illud exemplum videtur ex Hea. prol. (vers. 28) ubi legimus: „novarum (fabularum) qui spectandi faciunt copiam; — nec codices illic discordant. Nec minus vetustissimi codices Faerni dissentire non videntur Phorm. 1. 3. 24. ubi praebent: ut neque mihi eius sit amittendi nec retinendi copia. Sed Bentleius e quatuor codd. quorum tamen ullum optime esse notae e Brixii enarratione critica a. 1852. in lucem egressa non apparet, „mi ius sit e. qu. sqq.“ posuit, ne ad sententiam quidem omnino vera exhibens nisi Burrmannus

ad Vergilii Aen. 11. 696, (conf. Ter. ed. Reinhardt pag. 308.) falsa docuit. Consentientes etiam Hec. 3. 3. 12. libri exhibent: ego eius videndi cupidus (uxoris) — quod exemplum quamquam genitivus ex adiectivo relativo, non e substantivo pendet tamen propter similem casus secundi cum gerundio coniunctionem huc referendum est. Deinde Ph. 5. 6. 40. non difficile est disceptatu quae sint vera, nec Bentleius modo optime excussit veram lectionem, quum: „ait uterque tibi potestatem eius habendi se dare" ederet, sed etiam eius ope non amplius difficile est expositu, qua via etiam in antiquissimos libros falsa pro veris irrepserint; Faernus dicit in nullo libro se, in omnibus d a r i pro d a r e legi et Bembino excepto omnes codd. h a b e n d a e hunc a d h i b e n d a e exhibere; Bentleius codices tribus recentioribus exceptis praebere se omnes d a r e, ut videtur etiam h a b e n d a e. Iam apparet primum ex h a b e n d i se (habendise) profectum esse h a b e n d a e; iam in alteris libris d a r e non mutatum constitit et infinitivo activi attentiores scribae alterum s e addiderunt, quum deficiente subiecto tum ne versu syllaba deesset; contra in alteris d a r i factum est ex d a r e ibique corrector, ut opinatur Bentleius, a d h i b e n d a e scripsit, quum emendare studeret metrum. — Quae quum ita sint, et quum quinque supra laudatis locis accusativum gerundio adiectum viderimus, affirmare non dubito Terentio gerundivum certe in casu altero usitatum non fuisse; qua re postremo non possum quin cum Bentleio faciens uno huius modi loco qui repugnaverit Phorm. 5. 4. 8. h a b e n d a e in h a b e n d i mutem quamquam a parte librorum prorsus non edoctus.

Altera iam est quaestio, quomodo hos genitivos explicemus. Ill. Haase in adn. 595. ad §. 439. schol. Reisig. Reisigii doctrinam dicentis duos diversos genitivos ex eodem nomine pendere praefert doctrinae Stallbaumii Kritzii aliorum qui statuunt alterum genitivum coniungendum esse cum notione exorta e connexis nomine regente quod dicunt et gerundio. Etiam si ipse non multa tribuerim usu graeco (conf. Adn. III.), tamen a Reisigii et Haasii partibus malim stare; nam duarum notiones vocum tanquam una comprehendi etsi multis locis ad ginitivos similes explicandos concedendum est (conf. intrpp. ad Caes. de b. gall. 5. 8.), posterioribus tamen linguae latinae aetatibus tale quid ascripserim non superioribus. Secundum Reisigii sententiam Hea. prol. 28. n o v a r u m non secus ex nomine c o p i a m atque e genitivo s p e c t a n d i pendet: populus Romanus a poëta rogatur, ut ipsi crescendi et favore et auctoritate det copiam sicut poëta ipse faciat novarum fabularum potestatem s. copiam, quae copia nulla alia est nisi novas fabulas spectandi, quare gerundium eiusdem casus accedit. Similiter explicandi sunt reliqui loci, quorum omnium unum est commune ut nominis genitivus antecedat verbi, sive vocula una ille disiunctus est ab hoc ut Hea. prol. 28. novarum qui spectandi; Ph. 1. 3. 24. eius sit amittendi, sive alter propter alterum positus est ut Hec. 3. 3. 12. eius videndi; Ph. 5. 6. 40. eius habendi; ib. 5. 4. 8. huiusce habendi; sive nomen cui apponitur genitivus sequitur (conf. locos Hea. Hec. et Ph. 1. 3. 24.) seu praemittitur. Sed haec verborum collocatio apud comicum poëtam vel ut accuratius disseram iu dialogis minime sine ulla gravitate est, quippe ubi etiam magis quam in libris qui legendo potius inserviunt perspicua explicatione opus sit, et etiam gravior illa res videtur, quum illis quinque locis ubi non genitivus sed accusativus ex gerundio pendens legitur excepto uno omnibus accusativus sequatur gerundium seu disiunctus

substantivo, ut Hea. 2. 3. 41. existumandi copiam consuetudinem, et Ph. 5. 7. 2. eludendi occasio senes, seu nulla voce diremptus, ut Hec. prol. 2. 37. condecorandi ludos scenicos; ib. 4. 4. 62 amandi amicam. Uno loco qui accusativum habet praemissum hic est casus quartus pronominis relativi: And. 2. 2. 17. quae nunc non est narrandi locus. Discrimen vero verborum collocatorum in eo situm est, quod duorum genitivorum quorum unus est subtantivi alter verbi praemittendus est ille, quippe qui rem significet auditori de qua dicatur; sin ex hoc fit accusativus, summa in eo nititur ut prius actionem ipsam audiamus, deinde ad quem vel ad quam rem pertineat. Qua re etiam pluribus locis casus quartus ex gerundii genitivo pendens praedicatum quod dicunt totius enuntiati sequitur et hocce claudit.

Iam sequantur genitivos possessorum ii genitivi qui significent personas aliquid proferentes s. efficientes, qui sint tamen eiusdem generis atque illi, quia rei alicuius creator re quam producit non secus superior est ac possessor. Conf. And. 5. 4. 29. fatris filiam; 4. 4. 26. vestri (puerum). D. cuius nostri? M. Pamphili. D. — Pamphili? Hea. 1. 1. 45. eius filiam; 3. 2. 17. gnatus eius; 5. 5. 17. filiam Phanocratae nostri; ib. 2. Archonidi huius filiam. Ad. 3. 4. 20 filiam eius virginem; 5. 9. 17. huius filio; Hec. 1. 2. 49. gnatam huius vicini proxumi. Ph. 1. 1. 5. erilem filium eius; ib. 1. 2. 14. eius natum Phaedriam; 2. 1. 23. Phaedriam mei fratris filium; 4. 3. 45. amici filiam; 5. 3. 29. filia amici nostri. Praeterea conf. Eun. prol. 9. Menandri Phasma; ib. 20. Menandri Eunuchum; ib. 25. Plauti veterem fabulam; ib 30. Colax Menandri. Ad. pr. 6. Diphili comoedia; Hec. pr. 1. 8. alias eius (fabulas); prol. 2. 6. quas Caecili novas. And. prol. 6. sq. malevoli veteris poëtae maledictis; 1. 3. 5. huius minas. 1. 5. 48. dicta Chrysidis; 2. 1. 36. cuius consilio; ib. 3. 2. 29. Davi consilio aut dolis; ib. 3. 3. 47. eius verba; ib. 4. 1. 10. eorum oratio; ib. 4. 2. 15. Apollinis responsum. Eun. 1. 1. 3. meretricum contumelias. Hea. prol. 27. iniquum aequum oratio; ib. 2. 1. 11. amicae dicta; 4. 3. 4. huius verba; 5. 4. 12. parentis dicta. Hec. 3. 3. 25. orata eius; ib. 52. clamorem eius; 4. 1. 2. vocem pueri vagientis. Ph. 4. 3. 44. eius oratio (5. 2. 18); ib. 5. 8. 18. rumor populi. And. 5. 3. 17. huius peccatis. Hea. prol. 33. de illius peccatis (Ph. 2. 1. 14.); ib. 1. 2. 30. parentum iniuriae (conf. adn. IV.); ib. prol. 20 bonorum exemplum (And. 4. 5. 17.); ib. 5. 1. 13 sq. servi Syri calliditates; Ad. prol. 20. quorum opera (ib. 2. 3. 8. Hec. 5. 3. 20. Ph. prol. 10.); Ad. 2. 1. 53 iniuria adulescentium (Hec. prol. 2. 14; ib. 1. 2. 91. sq; ib. 93; ib 3. 1. 21); Ad. 3. 5. 5. sin aliter de hac re est eius sententia — a qua dictione differat „aliter est ei sententia.“ Ph. 3. 1. 19. de eius sententia; Ad. 4. 7. 3. sq. flagitia boni illius adulescentis. Ph. 2. 1. 38 horum facta; 4. 3. 43. illius ineptias.

Sicut ea res quam aliquis possidet pro inferiori habenda est quam possessor nec minus res effecta quam creator, ita ea quae alicui contingunt, inferiora sunt eo cui contingunt quae persona genitivi casu significatur qualem substantiae nominavit Ill. Haase. Habemus apud Terentium hosce: And. 1. 1. 22. gnati vitam (ib. 1. 3. 5; 5. 1. 3; 5. 5. 3; Hea. 4. 3. 15. ib. 2. 4. 6. Ad. 3. 2. 33. ib. 42. ib. 3. 3. 61; 4. 7. 21); And. 1. 5. 51. huius aetatem (Hea. 3. 2. 44.); Hec. 3. 1. 54. capiti atque aetati illorum. Ph. 4. 1. 4. aetas virginis. Hea. 2. 3. 28. huius rerum; 4. 3. 11. amici res; ib. 17. amici tui res; Ad.

3. 1. 8. e re natae; Hec. 1. 2. 27. in rem Bacchidis; Ph. 4. 3. 26. non capitis res set pecuniae (cf. Klotz lat. Hnd. W. p. 776). 5. 8. 76. ex re istius. And. 1. 1. 84. huius mortem (ib. 4. 5. 4. Ph. 2. 1. 14.); ib. 1. 5. 55. huius solitudinem. 3. 1. 22. huius periclo; 4. 1. 53. capitis periclum. Hec. 3. 5. 31. matris commodum (ib. 45); And. 4. 1. 3. sq. incommodis alterius (Hec. 5. 3. 42.); Eun. 1. 1. 34. nostri fundi calamitas; 2. 3. 63. duras fatris partes; Hec. 3. 3. 28. advorsa eius. And. 4. 2. 26. narrationis initium (Hec. 3. 2. 16; 3. 3. 1; Ph. 1. 3. 6); Hea. 2. 3. 42. cotidianae vitae consuetudinem; ib. 3. 1. 5. eius abitu (4. 4. 24); Hec. 1. 2. 2. adventum Pamphili; Hea. 3. 2. 10. aquilae senectus; ib. 5. 2. 45. patris pacem (Ad. 4. 1. 3.) Ad. 4. 7. 38. gnati in nuptiis; 5. 3. 34. ipsorum consnetudinem; Hec. 3. 2. 2. Philumenae morbus (3. 3. 13. Ph. 2. 1. 14.) (Cf. adn. 1).

Loco casus secundi pronominum personalium possessiva pronomina collocantur meus tuus suus noster vester; ad quos apud comicos cuius accedit. Hocce apud Terentium quater legitur: And. 4. 4. 24. cuium puerum? ib. 5. 4. 29. cuiam igitur (filiam)? Eun. 2. 3. 30. virgo cuiast? Hea. prol. 8. cuia graeca sit.

Genitivis possessivis adnumeramus genitivos e vocibus causa et gratia pendentes praepositionum instar usurpatis (cf. Krueg. gr. lat. l. l.): And. 1. 1. 83. parvae consuetudinis causa; ib. 88. eius causa; 4. 4. 33. cuius causa. Eun. 1. 2. 122. causa virginis — ubi praepositum causa memorabile est, id quod inde venit quod aequalis verborum collocatio a poëta optabatur; ita verbis: quidquid huius feci respondent verba causa virginis feci. Ib. 5. 2. 38. sq. non contumeliae causa sed amoris. Hea. 2. 2. 46. eius anuis causa (conf. adn. V.); ib 3. 2. 35. sq. adulescentuli causa. Ib. 4. 3. 9. illius c.; Hec. 2. 1. 36. gnati c. (2. 2. 17.); 3. 1. 51. eri c. mei. Ph. 3. 3. 11. huius c.; ib. 5. 8. 35. vestri honoris c. And. 5. 1. 17; nuptiarum gratia; Hec. 5. 2. 38. quaesti gratia. Pronomine possessivo cum voce causa coniuncto utitur Terentius: Eun. 3. 2. 28. sua causa et 5. 8. 40. ubi ut verba enuntiationum duarum sibi responderent aeque ac supra voci causa aliam sedem assignavit poëta ac solitam: me huius quidquid faciam, id facere maxume causa mea; Hea. prol. 41. mea c. (conf. Hec. prol. 47.); ib 4. 3. 8. meapte causa; ib. 5. 5. 23; Hec. prol. 2. 20; ib. 4. 2. 17; Ph. 4. 3. 68. mea c. Nullo loco apud Terentium pronomen possessivum secundae personae voci causa additum nec vox gratia cum ullo pronomine possessivo coniunctum legitur. (Cf. adn. VI). Etiam opera praepositionis loco usurpatum aliquoties apud Terentium legitur addito pronomine possessivo: And. 2. 2. 33; 4. 2. 6; Ph. 4. 4. 4. And. 4. 3. 23; Hec. 2. 1. 31. Huc spectat etiam dictio pace tua: Eun 3. 2. 13.

Inter permultos locos ubi apud Terentium pronomen possessivum legitur duo tantum sunt ubi appositio in casu secundo invenitur propter pronomen possessivum loco genitivi positum possessivi: Hea. 1. 1. 76. mea solius causa; Ad. 3. 2. 33. nostram omnium vitam (conf. adn. 540. ad Reisig. schol. pag. 656.). Adiicio eos locos ubi pro genitivo obiectivo invenitur pronomen possessivum, qui usus minus memorabilis est in vocabulo periculum — conf. Hea. 2. 3. 82. tuum esse in potiundo periculum non vis; 3. 1. 24. tuum conspectum; 2. 3. 66. desiderio tuo (conf. Haasii adn. 540. l. l.); Ph. 5. 9. 27. nam neque neclegentia tua neque odio id fecit tuo (conf. Hec. 4. 2. 4. ubi odium

meum pro odio mei positum sententiam turbaret). Denique superest exemplum maxime memorabile Hea. 1. 1. 98. meus particeps; quamquam vere non inter illa numerandum est, nam meus particeps in ore Menedemi non est filius quippe qui Menedemi sit particeps verum cum Menedemo omni voluptate fruatur (conf. vers. 97.) Iam ad ea exempla transeo quae genitivos eius generis de quibus modo diximus verbis habent seiunctos a nominibus e quibus pendent; sed inter exempla non pauca unum tantum apud Terentium invenitur ubi pro verbo substantivo quod dicunt verbum dici ad utramque notionem disiungendam usurpatur. Conf. hos locos: And. 1. 3. 13. nam inceptiost amentium hau tamantium; Eun. 3. 1. 19. (homo) est perpaucorum hominum. G. immo nullorum. Eun. 5. 8. 10. fatris igitur Thais tota est. Hea. 2. 3. 92. tuam amicam huius esse. Ad. 4. 3. 9. eius esse illam psaltriam. Hec. 5. 3. 14. diiudicare non possumus num gnatae genitivus sit an dativus. Pronomina nominum loco habemus: And. 4. 5. 15. quae illius fuerunt; Hea. prol. 2. quae sunt adulescentium; ib. 4. 3. 25. hanc esse Clitiphonis; 5. 2. 32. non esse horum te (conf. v. 43. cuius sis); Ad. 4. 4. 17. fratris esse hanc; Ib. 4. 7. 18. haec magis sunt hominis. His addas Hea. 2. 3. 93. ea quoque dicetur huius. Refero huc etiam quattuor locos ubi copulae adiecta sunt adiectiva proprius et communis: And. 5. 5. 3. sq. deorum vitam eapropter sempiternam esse arbitror quod voluptates eorum propriae sunt. Ad. 5. 3. 18. vetus verbum est, communia esse amicorum inter se omnia; ib. 5. 8. 30. bene et sapienter dixti dudum vitium commune omninum est et qu. sqq. Hec. 1. 2. 12. haec communia omnium quae sunt patrum.

Sed restant tria exempla ubi num distractus sit genitivus a nomine dubitari possit. Eun. 3. 2. 33. sq. 4. 4. 50; Hec. 4. 1. 27. verborum collocatio: servum hunc esse domini pauperis et miseri, Parmenonis esse hanc technam, id vitium (nunquam decrevi) esse (ego) adulescentiae — cogit nos ut disiunctionem factam esse statuamus; neque etiam loco primo licet hunc et servum separare, quae duae voces coniunctae opponuntur verbis: domini pauperis et miseri. Neque aliter loco secundo facere debemus quod Parmenonis in initio enuntiationis legitur, denique tertio ubi sane non liquet num adulescentiae sit dativus an genitivus quod inter id vitium et adulescentiae praeter copulam tres voces interpositae sunt et huic vocabulo omnibus opponitur, non secus impedimur quominus construamus verba: id esse vitium adulescentiae neque id vitium esse adulsscentiae. Etiam infinitivi pro nominibus positi similique modo cum genitivis possessivis coniuncti apud Terentium inveniuntur. Conf. And. 1. 2. 15. sq. set nunc ea me exquirere iniqui patris est; Ad. 4. 7. 16. simulare certe est hominis; Hec. 4. 1. 14. neque adeo arbitrari patris est aliter.

Genitivum Terentius commutavit cum pronomine possessivo atque hoc et a substantivis et ab infinitivis copula seiunxit: Hea. 4. 5. 34. non meumst simulatio. And. 4. 1. 54. tuumst mi ignoscere; Hea. 3. 2. 38. non est mentiri meum; ib. 3. 3. 17. nostrum est intelligere. Similiter dixit Ad. 1. 1. 49. hoc patrium est potius consuefacere filium sua sponte recte facere (conf. Krueg. gram. lat. p. 3. cap. II. de gen. attr.)

Eodem modo illud pronomen loco genitivi invenitur cum verbo refert coniunctum. Multum olim disputatum est de vera forma pronominis quod illi verbo signifi-

canti esse ex re alicuius (daran liegen, es liegt daran) adiicitur et postremo quoniam e versibus Terentianis demonstrare studuerunt, illorum pronominum a finale (mea tua sua nosra vestra) produci, ablativum feminini generis cum priori parte verbi refert construendum esse statuerunt. Sed quamvis concedam refert mea esse exponendum fert re mea et huic similem sententiam esse in dictione e re mea est (conf. Krueg. l. l. et exempla Plautina a Viro docto laudata: Pseud. 1. 3. 102. ex tua re non est; Capt. 2. 2. 46. tua ex re feceris): Terentium tamen non dicam satis ostendere illud a produci; nam inter eos locos ubi verbum refert cum isto pronomine legitur: Eun. 2. 3. 29; Ad. 5. 4. 27; Hec. 4. 3. 12; 5. 3. 12; Ph. 4. 5. 11. nullus est qui longitudinem illius vocalis statuere nos cogat.

Eun. 2. 3. 29. Fac trádas: mea nihil réfert, dum potiár modo.

pes secundus est aut dactylus aut si vocalis a longa statuitur et per synizesin cum antecedenti e connectitur spondeus. —

Ad. 5. 4. 27. déerit: id mea mínume refert, quí sum natu máxumus.

quamquam hic versus est trochaicus ille iambicus, non aliter res se habet nisi quod synizesi adhibita ne cogimur quidem spondeum pro trochaeo statuere; prorsus idem est in voce tua:

Hec. 4. 3. 12. nescias. Verúm tua refert níhil utrum illae féceriut.

et 5. 3. 12. Quíd rei est? B. tua quód nil refert, pércontari désinas.

Denique Ph. 4. 5. 11. Datum ésse dotis. D. qúid tuae malum, id réfert? C. magni, Démipho.

aut pes quartus est tua iambus et sequens „malum id ré" — anapaestus haud bonus loco quinto pro spondeo aut loco quarto statuendus est tribrachys „tua ma" — et sequente spondeus vel iambus.

Quinque loci sunt ubi verbum refert supplendum esse videtur: Hec 3. 5. 59. Ph. 1. 2. 83; ib. 2. 3. 42. (quid mea?) ib. 5. 3. 17. quid istuc nostra? ib. 5. 8. 47. quid id nostra? inter quos hic unicus est ubi a producitur:

Etiám dotatis sóles. C. Quid id nostrá? P. nihil. —

Ceterum notandum est nusquam fabularum Terentianarum refert cum genitivo inveniri, quod eo memorabilius est, quia illo cum pronomine possessivo coniuncto apparet linguam vetustiorem non oblitam esse nominis notionem simul illi verbo inesse. Ceteri praeter locos laudatos loci ubi refert cum significatione illa apud Terentium legitur sunt: And. 3. 2. 16. quid retulit? Hea. 3. 1. 58 illud permagni referre arbitror; Ph. 4. 3. 41. parvi retultit non suscepisse. — Nec secus verbum interest quod cum personae genitivo inferiorum aetatum scriptores solent construere apud Terentium nec cum genitivo nec cum pronomine possessivo legitur, sed ubique personae significatione caret; quin etiam quinque locorum ubi interest inveni non solum his tribus: Eun. 2. 2. 1. (stulto intelligens quid interest?); Ad. 1. 1. 51. (hoc pater et dominus interest). ib. 3. 3. 38. sq. (nimium inter vos, perminium interest) illud verbum significat differre vel diversum esse, sed etiam reliquis duobus eandem vim mihi videor deprehendisse; nam And. 4. 4. 55. ubi legimus: „hilum interesse censes ex animo facias an de industria?" hilum interest idem valet atque nihil differt, et Eun. 4. 4. 18. „quasi vero paullum

intersiet" interpretandum esse puto: quasi inter Eunuchum qui in Thaidis domum ductus est et eum qui „vietus, vetus, veternosus senex, colore stellionino". Pythiae et Phaedriae ante oculos stat, tam paullum intersiet ut solum „varia veste" spoliatus prorsus diversam speciem praebuerit. —

Accedo ad genitivos partitivos et enumerandos et explicandos, quos apud Terentium quum permultos tum generis rarioris invenimus. Quamvis enim sermo latinus a vernaculo multum differat in genitivo partitivo usurpando, qui a nostra lingua fere alienus sit, ita ut pro eo saepissime usurpentur praepositiones: vulgaris tamen sermo latinus etiam multo frequentiorem usum genitivi partitivi monstrat. Frequentissime hunc genitivum pendentem invenimus e pronominibus vel indefinitis vel interogativis vel relativis vel demonstrativis generis neutrius. Primo loco ea exempla pono ubi vocabulum pars cum gen. partit. coniungitur: Eun. 1. 2. 12 pars aequa amoris; Hea. prol. 42 aliqua pars laboris; 1. 1. 5. in aliqua parte amicitiae; Ph. 4. 3. 32; aliquam partem aequi bonique. In quibus exemplis ne negligamus vocabulum pars nusquam nudum esse positum sed adiectivo accedente, ut omnes dictae partes sint certae et definitae; neque huic legi Hec. prol. 2. v. 7. repugnat, ubi quidem „partim" (Caecili novarum fabularum) quod non censeo totam adverbii naturam induisse, ipsum non accuratius definitur, sed tamen explicatur, quum ei parti in qua (quam) exactus est scenicus opponatur altera in qua „vix stetit." (Cf. Madwig lat. Sprchl. für Schulen. Braunschweig 1843; üb. d. Gen. N. 5. A. 3.) Similis partis notio est modi, quam And. 5. 1. 7. habemus: „neque modum benignitatis cogitas." Sequuntur exempla ubi alia vocabula certas partes significantia usurpata sunt: Ad. 3. 3. 16. dimidium minae; ib. 90. huius generis reliquias. Similiter se habet res ubi nummi quidam partem indicant, ut Hea. 3. 3. 40. drachmarum (Bentl. drachumarum) argenti; ib. 4. 7. 10. haec talenta dotis duo; Ph. 5. 3. 6. talenta argenti bina. Neque huc referre dubito Ph. 1. 2. 18. montis auri, quamquam Billroth gram. lat. §. 145. p. 204. etiamsi non a genitivis partitivis alienum indicet illum nominat tamen singulari nomine genitivo materiae consentiente Kruegero l. l. Exemplis superioribus paria sunt haec, ubi e copia quadam hominum pars demitur: Eun. 4. 7. 6. manipulus furum (quae dictio a rebus militaribus translata est). Hea. 2. 3. 4. ancillarum gregem, quibuscum conf. Eun. 4. 7. 8. vim militum; Ad. 4. 3. 3. in illo hominum numero; Eun. 2. 2. 17. est genus hominum; And. 4. 1. 5. genus hominum pessumum; And. 3. 3. 4. volgus servorum. Hec. 4. 2. 24. volgus mulierum — ubi volgus maximam partem quam deteriorem solent indicare significat. Numerandi sunt in genitivis partitivis etiam haec exempla quae partem temporis spectant, ut Hea. 1. 1. 116. ut diei tempus est, et ib. 1. 2. 38. ut tempus est diei, — ubi notio temporis notione diei inferior est, cuius illa partem significet; itaque etiam Hec. 4. 2. 18. huc referas: „dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum" quae verba explico: dum eo vitae tempore vixi quod ad voluptatem percipiendam nos adhortatur, voluptatem a me non reieci. Ut in nonnullis priorum exemplorum numeri notio tanti erat momenti, ut substantiva pro numeralibus viderentur posita: ita superlativi notio summi momenti est Ph. 2. 2. 3. „ad te summa solum, Phormio, rerum redit.

Etiam ex adiectivis multitudinem vel aliquid simile significantibus genitivi par-

titivi solent pendere; sed apud Terentium positivi quidem non ita construuntur nec similia adiectivorum participia. Comparativos hos habes sequentibus genitivis omnes generis neutrius: Eun. 4. 6. 22. minus amicorum; 5. 8. 23. minus spei (Hea. 4. 1. 46. plus spei); Hea. 1. 1. 95. minus iniuriae; And. 3. 3. 15. plus mali quam commodi; 4. 3. 5. plus mali quam boni (Hec. 5. 4. 39. plus boni). Superlativi inveniuntur Hea. 4. 8. 1. omnium fortunatissimum; Ad. 2. 2. 10. hominum homo stultissume — ubi ad repetitam vocem homo animum attendas, quod etiam legitur Ph. 5. 6. 13. omnium quantum est qui vivant hominum homo ornatissume. Hea. prol. 8. sq. superlativi notio quam substantivi „pars" potior est: partem maxumam nostrum. Sed ne duos obliviscamur genitivos partitivos quibus per aposiopesin desunt superlativi quos melius animo supples quam si cum Guyeto, Ruhnkenio, aliis certis verbis exprimis; hi loci sunt: And. 5. 3. 1. omnium, ubi optime Donatus: est irati, inquit, familiaris aposiopesis, quum pro dignitate peccati non inveniat convicium; Eun. 4. 7. 27. omnium, illud a patre dictum ad filium hoc ad militem gloriosum a Chremete amatae Thaidis defensore. Memorabile restat ex Phormione exemplum: 2. 1. 60. non quod de genitivis „horunc omnium" illud dixerim, qui pariter atque illi ex superlativo pendent, sed quod adverbium „immeritissimo" duplici videtur significatione uti eodem loco: quod si ad genitivum refers, idem est atque immerentissimum; sin ad verbum accusandi (v. 59), maxima cum iniuria. Ad genitivos partitivos ex superlativis pendentes hos adicio: Hea. 2. 3. 33, primum omnium Dromo pultat fores (quod vernacule verto: zu allererst klopft Dromo an die Thür), ib. 123. quod rerum omnium primum; Ph. 4. 1. 21. ego meorum solus sum meus; Hec. 5. 4. 21. unus omnium homo quisquam; 3. 3. 11. una illarum; Ad. 5. 4. 1. una harum quae vis causa. Ex numeralibus pendentes supersunt duo genitivi uterque e numerali mille quod Terentius in plurali numero nusquam, bis in singulari et substantivi instar usurpavit, qua re vetustioris linguae exemplum imitatus sit; conf. Hea. 3. 3. 40 (conf. supra) ubi „drachumarum" cum „mille" construitur et ad eundem singularem „mutuum" referendum est, ib. v. 45 mille nummum (vid. Bentl. ad h. l. et quem ille auctorem laudat Gell. 16. 1. Haasii adn. 335. ad §. 193. schol. Reisig; Billr. l. l. p. 101. adn. I. e Cicerone unum tantum locum testem affert). —

At plerique loci ubi apud Terentium genitivi partitivi inveniuntur nondum dicti sunt: cogito de iis qui ex pronominibus vel adiectivis quae pronominalia dicunt genitivos pendentes monstrant; inter quos nihil difficultatis praebent nec singulare quidquam in se habent omnes ubi generis masculini aut feminini sunt illa pronomina, ut And. 1. 2. 7. cuiquam nostrum. Eun. 2. 3. 83 illarum quisquam; 4. 4. 11. nostrarum quisquam; Hea. prol. 1. cui vestrum; Ad. 1. 1. 2. servolorum quisquam; Hec. 1. 1. 10. nemo quisquam illorum; Ph. 5. 7. 4. cuiquam suorum aequalium (conf. Hea 3. 3. 13, nemost meorum amicorum; Eun. 3. 5. 13 nemo omniumst; 4. 6. 19. nemost hominum; Hec. 2. 1. 43. vostrarum nulla est); And. 2. 6. 22. quem meorum aequalium? 5. 5. 7. quem mallem omnium; Hea. 2. 3. 85. harum duarum conditionum utram; Hec. 4. 1. 10. utrumvis horum; Hec. 2. 1. 19. quisque vestrorum. — (Cf. supra Hea. 2. 4. 6. et Reisig. schol. p. 188). Inter ea autem exempla quae neutra illorum pronominum et similium cum genitivis partitivis constructa nobis ostendunt distinguenda sunt primum ea ubi genitivus est pluralis

vel ubi talis notio inest in genitivo qualis de partitione cogitare etiam nos Germanos sinit. Sed vulgaris usus latinus qui in comicorum fabulis permulta exempla singularia monstrat multo longius processit quam comparatus cum usu vernaculo posse videretur. Etiamque difficilior perceptu haec genitivi partitivi doctrina fit quod non pauci inveniuntur loci ubi quod nos sentimus prorsus eadem sententia diverso modo exprimatur, ut si conferimus „quid consili“ et „hoc vel quod consilium,“ quare valde opus est notiones in genitivo positorum vocabulorum diligentius inter se discerni. Eae voces quibuscum apud Terentium eiusmodi genitivi leguntur sunt hae: id hoc hocine istuc quid quod ecquid quidnam quidquam aliquid quidquid quidvis nihil tantum quantum paullum paullulum pauxillulum aliud utrumvis tantundem; harum pleraeque certe etiam apud reliquos scriptores non raro similiter inveniuntur, rarius tamen ita invenias v. c. quod hoc aliud, cuius generis Terentius non pauca habet exempla; cur vero cetera illa vocabula apud comicum multo frequentius legantur et quid illo usu voluerit sermo vulgaris, ad haec cognoscenda inserviant Haasii verba adn. 530. p. 643. schol. Reisig., quae non possum facere quin h. l. adjungam: „Aus der von mir gegebenen Erklärung erhellt zugleich deutlich die oft scherzhafte, ironische, oder mit einer gewissen spitzigen Feinheit tadelnde, negirende Bedeutung, welche es hat, wenn man einem Individuum nicht unmittelbar den ihm zukommenden oder auch nur prätendirten Begriff beilegt, sondern die Umschreibung desselben durch den Genitiv mit einem Neutrum; wenn nämlich hiermit nicht bei einfachen sinnlichen Verhältnissen der Theil des Ganzen bezeichnet wird, so ist damit gesagt, daß der im Genitiv liegende Begriff nur theilweis von etwas prädicirt werden könne, so daß damit die Anwendbarkeit des Begriffes überhaupt je nach dem Zusammenhange in verschiedener Weise beschränkt, zweifelhaft oder verächtlich bezeichnet oder ganz geläugnet wird.“ Jam si structura genitivi partitivi dubium et incertum fit id quod praedicetur et certis quibusdam finibus circumscribatur oportet, in dialogo imprimis comico non mirabilis est hic usus frequentior. Sequuntur exempla genitivorum partitivorum in numero plurali positorum: And. 1. 1. 31. horum illeni hil egregie praeter cetera studebat, h. s. eorum quae plerique omnes faciunt adulescentuli. And. 4. 4. 6. quid illic hominum litigant? Eun. prol. 24. nil dedisse verborum (conf. Ph. 4. 5. 1. ego curabo, ne quid verborum duit); Hea 2. 3. 6. portant quid rerum? ib. 26. nil rerum omniumst; ib. 28. ut ne quid huius rerum ignores; 5. 1. 3. in me quidvis harum rerum convenit (quae sunt dictae in stultum et qu. s.); Eun. 5. 4. 1. quidnam rerum. Hec. 4. 1. 10. si utrumvis horum (vir aut homo) umquam tibi visus forem; ib. 4. 4. 75. nihil esse istorum tibi; ib. 5. 4. 25. harum rerum numquid dixti iam patri? Ph. 1. 4. 4. pauxillulum nummorum; ib. 1. 2. 82. quum tu horum nihil refelles; ib. 2. 1. 15. ne quid horum umquam accidat animo novom. — Nec vero plurali numero monstretur oportet rem aliquam totam in se continere plures partes, quare saepissime nomina substantiva collectiva in genitivo partitivo collocantur. Eiusmodi exempla sunt haec: And. 2. 2. 23. paullulum obsoni; ib. 1. 3. 1. nil loci (ib. 3. 4. 22, nihil loci; Ph. 5. 8. 86. in id loci); Eun. 4. 6. 11. quisquam preti; Hea. 1. 1. 20. quantum operis (conf. Bentl. ad h. l.); ib. 23. tantum oti; ib 58. istuc aetatis; ib. 3. 1. 49. quid vini; ib. 3. 3. 10. nil istius, i. e. istorum quae suspicaris — nam

singularem hic usurpatum esse collective ut ita dicam et v. 9. verba „quae non censeas" et v. 12. „multa fert libido: ea et qu. s." demonstrant; et multo magis est ex adolescentis natura ut patrem honestius de se cogitantem faciat operam dantis ut singulari utatur quo quaecunque turpia filio obiurget pater summa cum indignatione a se repellere studeat: ita enim tanquam totum genus turpitudinis a se esse alienum contendit. Ib. 4. 4. 25. hoc paullum lucri quantum eii damni apportet. (Eun. 5. 5. 25.); ib. 5. 1. 64. quid dotis? (5. 5. 4. quod dotis.); 5. 2. 8. quidquid ego hujus feci (Eun. 1. 2. 122; 5. 5. 10; 5. 8. 40; Hec. 3. 2. 3.) ib. 5. 3. 19. nil viti quin id itidem sit tibi; Ad. 2. 1. 24. tetigin tui quicquam? ib. 38. argenti tantum dabitur; 5. 2. 11. edormiscam hoc villi? 5. 8. 26. agelli paullum. Hec. 3. 5. 56. paullum pecuniae; Ph. 3. 3. 24. quantum est opus argenti? Eodem modo genitivus „oneris" intelligi potest Ph. 3. 3. 28. (And. 5. 3. 26.) quamvis liceat quoque cogitare de onere magis minusve magno. Ph. 5. 4. 10. sq. quantum dotis; 5. 8. 36. dotis tantumdem; ib. 62. tantum argenti. Praeter ea quae adhuc sunt enarrata exempla ut apud alios scriptores ita apud Terentium saepissime inveniuntur, ubi adiectivorum neutra in genitivo partitivo posita sunt, in quo usu nihil refert num adiectivum naturam substantivi induere alioquin consueverit nec ne. Conf. And. 1. 1. 46. ne quid mali; ib 89. nihil mali; 2. 6. 27. quidquam mali. Hea. 2. 1. 17. hoc mali; And. 5. 2. 2. quid mali? 5. 6. 3. quod mali; Hea. 4. 5. 2. tantum mali; Ad. 3. 3. id mali; ib. 4. 4. 2. hocine mali (conf. And. 3. 4. 25; Eun. 3. 4. 9; 5. 5. 29; 5. 7. 5; Hea. 1. 1. 30; 2. 2. 7; ib. 9; 5. 3. 1.; ib. 11. Ad. 3. 3. 89.; Hec. 3. 1. 53; 3. 4. 4; 5. 2. 16; Ph. 1. 2. 30; 1. 4. 7.; 3. 3. 10.; 4. 4. 17.) And. 2. 2. 1. boni quid porto? 2. 3. 24. aliquid boni (Hea. 5. 4. 15. Hec. 5. 4. 11.); Hec. 5. 4. 33. quid sit quod feci boni? (And 5. 6. 4.; Ph. 4. 4. 17.) And. 4. 4. 49. nil falsi; Eun. 2. 1. 120., nec falsi quicquam. Hea. 2. 3. 114. si quid adversi; 5. 1. 59 „quod incomm odi tibi in hac re accipies nisi caves?" multa iam exempla sunt prolata quae relativi pronominis neutrum cum genitivo partitivo coniunctum habebant. Eaque etiam inter haec fuerunt quae adiectivorum neutra loco substantivorum monstrabant, neque apud alios haec ita solent construi. Jam in relativo pronomine inesse posse vim adiectivorum pronominalium quae dicunt „quantus" et aliorum constat itaque quin „quod incommodi" esse possit pro „quantum commodi" nemo dubitabit, sed num etiam in interrogatione pro hoc illud poni possit quaeritur. Nec tamen etiam id affirmare dubito, quum non difficilis transitus sit ab uno ad alterum; et est illud quod Bembini codicis optimi lectio ad quem unus ex Bentleii libris accedit. Hec. 3. 3. 40 nihil est quicquam incommodi; Eun. 3. 5. 25. quid commodi; 5. 5. 1. hoc commodi; Hea. 1. 1. 25. humani nihil. Jb. 1. 2. 19. quid relicuist? — quae explicare non liceat: quid est quod sit relicuum? verum „ex relicuo quid est quin habeat et qu. s." Jb. 2. 3. 96. nil satis firmi; Ad. 2. 1. 33. aequi aliquid; 5. 4. 2. aliquid novi; Ph. 3. 1. 11. nil novi; 3. 2. 5. quidquam novi; Hec. 4. 4. 84. quicquam certi. Multo insolentius dictum videtur. Eun. 3. 4. 4. parati nihil, quod participium neque eodem modo atque illa adiectiva explicetur nec substantiva enarrata aequiparet: nam si quis primum illud legit, „parati" simpliciter pro „paratum" quod cum copula perfectum passivi efficiat positum esse sentiat; sed negari nequit „parati nihil" esse maiori vi quam „nihil paratum est"; in illa dictione

notio primaria est parati:" nihil enim eius Antipho videt quod quum de coena sermo est paratum dicunt quod cum apparatu commutes, in hoc plus valet notio nihil et „nihil paratum est" fere idem significaret quod nihil adest" „nihil ob oculos est." — Supersunt haud pauci loci ubi genitivi partitivi sunt substantivorum quae abstracta dicuntur ubique de pluralis notione quae singulari contineatur (quae explicatio etiam ad neutra adiectivorum pertinet) cogitari amplius nequit; eiusmodi substantiva sunt res negotium causa consilium turba periclum ornatus ops auxilium adiumentum opera scelus vitium peccatum alia; denique personarum significationes accedunt quae pro nostra cogitandi et dicendi ratione ut de partitione cogitemus haudquaquam permittunt. In universum de fere omnibus his exemplis sicut de plerisque antea enarratis dicendum est usurpatos fuisse hos genitivos in interrogatione aut in enuntiatis quibus quidquam negatur, rarius pendentes ex pronominibus demonstrativis vel indefinitis. — Itaque interrogationes fiunt etiam magis dubiae atque etiam gravior fit negatio, quum eius rei de qua dicitur pars significetur, non tota res (conf. Haasii adn. l. l.). V. c. „rei" quater decies apud Terentium inveni, terdecies pendens e pronomine interrogativo „quid," semel e voce nihil: And 2. 6. 26. Simo postquam Davum parsimoniam suam vituperantem audivit et „istaec recte ut fiant" se visurum esse servo respondit, ex se ipse quaerit: „quid hoc est rei? quid hic volt veterator sibi?" et illa interrogatione animum indignantem ac simul curiositate non liberum melius patefacit quam si interrogaverit: „quae res est quam hic agat?" vel aliquid simile. Eandem summam curiositatem sed animi magnopere stupefacti exprimit Phaedria Eun. 4. 3. 10. audito eunuchum a se donatum devoveri a Pythia Thaidis serva dicens: quid istuc est rei? Simillimus huic loco est: Eun. 4. 7. 34: nam quum iam diu inter militem gloriosum parasitumque et Chremetem de Pamphila huius sorore quippe vivente in domo Thaidis a Thrasone amatae disceptatum sit, tandem miles stupidus qui litis causam parum intellexerit interrogat: quid cum illa (Pamphila) rei tibi est? — minus certe esset: quam rem tu habes cum illa? quod nobis permitteret ut Chremetem cum virgine rem posse habere cogitaremus, sed „quid rei" de ulla parte ipsa rei alicuius cogitare nos vetat.

Conf. praeterea Hea. 2. 2. 8. pergin'istuc prius diiudicare quam scias quid rei siet? Ib. 4. 4. 21. quid est rei? 4. 7. 2. quid rei esset dixti huic? Ad. 2. 1. 21. quid hoc reii est? Ib. 23. quid tibi rei mecumst? ib. 4. 5. 9. sq. dic sodes pater tibi vero quid istic rei fuit? Hec. 5. 3. 9. quid huic hic est rei? Ib. 12. quid rei est? Ph. 1. 2. 95. quid rei gerit? Ib. 5. 1. 21. quid rei tibi est cum familia hac unde exis? Huc adiicias Ph. 2. 3. 74. tecum nil rei nobis est — quod verto: Mit Dir haben wir gar nichts zu schaffen. Praeter vocabulum res dico quod parvo momento ab illo differt officium, sexies apud Terentium in interrogatione positum; ut And. 5. 2. 8. idem Simo cuius supra mentionem iniecimus ad eundem illum Davum sibi maxime invisum cuius conspectum vix tolerat: quid, inquit, istic tibi negotist? Censet igitur ne partem quidem negotii ei isto esse loco ut praesentia eius neutiquam opus sit. Simile est exemplum Ad. 4. 5. 4. ubi Aeschinus miratus quod ibi patrem viderit ubi ut ipse non videatur ex animo optat suppressa voce sese interrogat: quid huic hic negotist? quod non aliter est v. 8. quum ante eandem domum pater ad filium dicat: „ita (ergo non pultasti):

nam mirabar quid hic negoti esset tibi." Conf. ib. 73. quid hoc est negoti? Hec. 1. 2. 22. set quid hoc negoti est? Ph. 5. 3. 33. quid istuc negotist? ib. 4. 4. 28. sq. ante brumam autem novi negoti nihil incipere causa est sontica (cnf. Bentl. ad h. l.) — haec verba sunt Getae quae enumeratis „tot rebus" infaustis (conf. v. v. 24 — 28) ultimo loco ponit, nam omnibus illis postpositis novi negotii quidquam diebus decrescentibus incipere constat veteres fuisse vetitos. And. prol. 2. id sibi negoti credidit solum dari, h. e. negotii quod aliquis indicet esse poëtae eam Terentius credidit solam dari partem ut populo placerent et qu. sq. Ib. 3. 2. 41. Davus coram Simone: postremo id da mihi negoti. Eun. 3. 4. 6. narratis quae sibi sociisque accidissent Antipho: nunc, inquit, mi hoc negoti, h. e. hanc minime acceptam gratamve partem negoti ceteri dedere ut illum quaeram. Hea. 3. 1. 89. paullum hoc negoti mi obstat. Genitivum „causae" legimus Ad. 4. 1. 15. causae quid dicam? Hec. 3. 5. 2. causae quid dicam patri? Ph. 5. 6. 35., aliquid credito esse causae. „Consilii" conf. And. 1. 1. 143. observes quid agat — quid cum illo consili captet; ib 2. 4. 1. reviso quid agant quidve captent consili. Eun. 5. 2. 28. neque quid nunc consili capiam scio. — His tribus locis, praeterea Hec. 4. 2. 12; 4. 4. 93. homines aut de aliis quid agant incerti aut dubii quid ipsi facturi sint cogitant de consilii aliqua parte, nam ipsum consilium se esse assecuturos prorsus fere dubitant; contra Ad. 3. 4. 54 non legimus: is quod mihi de hac re dederit consilii id sequar, sed consilium, nam quamquam a fratre nondum accepit consilium, quo est amore et reverentia in hunc, hoc tamen confidit ab omni parte bonum fore. Conf. cum h. l. eandem sententiam continentem ex Phormione, 2. 4. 21. Sunt praeterea de hoc vocabulo conferendi Ad. 4. 4. 5. pectore consistere nil consili quit, et And. 1. 1. 132. simul sceleratos Davos siquid consili habet, cui oppono Ph. 1. 4. 1. nullus, Geta, (es) nisi aliquod jam consilium celere repereris — illic aliquid consilii sibi parum adiumenti esse daturum senserit Geta. Iam cetera apud Terentium ipse inspicias: turbae et tumulti leguntur And. 1. 4. 8.; 2. 2. 28; 4. 4. 6. Eun. 4. 7. 30.; Hea. 2. 3. 13.; Hec. 3. 2. 21.; Ph. 5. 9. 1.; — pericli And. 2. 2. 13.; 5. 2. 26. Hea. 3. 1. 6.; Ad. 2. 1. 3. Hec. 5. 1. 10. Ph. 5. 1. 36.; — opis auxilii adiumenti: Hea. 3. 3. 31.; Ad. 3. 2. 2.; Ph. 1. 2. 52.; 3. 3. 20.; — operae laboris Eun. 2. 2. 50.; Hea. 1. 1. 21.; ib. 30.; — sceleris vitii peccati Eun. 2. 3. 35.; Hea. 4. 1. 12; 5. 2. 3.; Hec. 1. 2. 79. (conf. supra Hea. 5. 3. 19.); ib. 2. 2. 28. unicum exemplum habemus vocabuli „aliud" cum gen. partit. iuncti, quocum comparare licet simile Ph. 5. 2. 5. aliud aliquid flagiti; — fallaciae Hea. 5. 5. 23.; infelicitatis Ad. 4. 2. 5.; molestiae Eun. 4. 2. 2.; morae And. 1. 1. 139.; supplici And. 5. 3. 32; infirmitatis 1. 2. 101.; detrimenti Hec. 2. 1. 37. (conf. Hea. 5. 4. 25.); morbi Eun. 2. 1. 19.; Hec. 3. 1. 43.; ib. 3. 2. 22.; — gaudi And. 5. 5. 7.; — voluptatis Hec. 4. 2. 17.; gratiae Hea. 5. 2. 46.; spei And. prol. 25.; Ph. 3. 1. 10.; fidei Hea. 5. 2. 49.; verbi, sententiae Ph. 2. 2. 29.; 2. 4. 4.; animi Eun. 5. 6. 14.; lucri Ph. 1. 2. 11.; ornati And. 2. 2. 28. Eun. 2. 2. 6.; 3. 48.; cenae Hea. 1. 2. 37. Etiam personas partiendas posse indicari secundum hunc sermonis ussum supra commemoravi nec mirum facere amplius potest comicos hunc quoque usum minime respuisse verum adamasse: ita Antipho Eun. 3. 4. 8. quum Chaeream diu exspectatum viderit a Thaide exeuntem, sed Eunuchi ornatu

indutum, non hominem amplius indicat illum esse et „quid hoc hominis? quid hoc ornatist?" interrogat. De eodem Chaerea qui in illa domo virginem Thaidi dono datam vitiaverat, postquam rem ex serva audivit, ipsa Thais meretrix se male deceptam cognoscens: quid illuc, inquit, hominis est? „illuc" enim quin sit melior lectio dubitari nequit; nam ut priori loco „hoc," sic „illuc" h. l. optime pro masculino ponitur, quod ceteris verbis „quid hominis?" vix conveniat. Ut locis illis ob nequitiam, ita ob parum prudentiae et cautionis Hea. 4. 8. 7. hominem quendam alloquuntur: quid hominis es? Quibus verbis Chremes contra Menedemum usus est, qui quum ante nimis severum se praestitisset in filium post reditum huius se non satis mitem esse crederet nec quid sibi fieret fallaciae spectaret. Prioribus duobus locis nostrum: Was ist das für ein Kerl? hoc: Was Du aber für ein Mensch bist! comparetur. Addo Hec. 4. 4. 21. ubi grato nuntio accepto de nato nepote et nuru salva summa affectus ira in huius matrem, quod praegnatem filiam esse omnes celaverit, coram Phidippo dicit Laches: set quid mulieris uxorem habes? cui dictioni nostra vulgaris respondet: Was für ein Weibstück hast Du zur Frau? (conf. Krueger l. l. adn. II. ad genit. mater.) Neque ab hoc loco alienus est Andriae locus, 1. 5. 15: aliquid monstri alunt — quae sunt verba Pamphili summo affecti dolore; quid secum acturi sint pater et Chremes familiaris, cuius affinitatem iam sese effugisse ratus repetatur ut sibi aliquid monstri obtrudatur uxor quod nemini possit. —

Supersunt ex genitivis partitivis qui ex adverbiis nominum loco positis pendent; cum adverbio satis construuntur: And. 1. 1. 111. non satis causae; 5. 1. 2. satis pericli; 2. 1. 13. suarum rerum; 5. 1. 47. exempli; Ad. 3. 2. 15.; 5. 9. 40. supplici; Hec. 2. 1. 39. signi; cum adverbiis loci et temporis: And. 1. 1. 43. huc viciniae (conf. Bentl. ad. h. l.) Ph. 1. 2. 45. hic viciniae; Hea. 5. 1. 55. quovis gentium; Hec. 3. 1. 4. ubivis gentium; Ph. 3. 3. 18. quoquo terrarum; Eun. 4. 1. 11. Ad. 3. 2. 44. Ph. 5. 9. 44. minime gentium; Eun. 1. 2. 46. interea loci (ib. 2. 2. 24. Hea. 2. 3. 16.) —

A nomine ex quo dicunt pendere genitivum disiunctum semel tantum genitivum partitivum inveni: Eun. 4. 1. 14. hoc est signi, — quae verba explico: inde quod in convivio aurum clam demptum Doriae Thais auferendum dedit, licet quodammodo coniicere hanc (quam) primum se subducturam esse; sive illud est pars eius quod reditus signum dicas. — Pro genitivo partitivo aeque ac pro obiectivo et ipso possessivo praepositionibus usos esse latinos iam tirones discunt; apud Terentium hunc usum esse rarum facile inde colligas quod permagnus est numerus locorum ubi genitivi leguntur. Sed nonnullis paucis locis praepositiones habemus nec difficile est ibi intellectu quamnam sententiam ab illa diversam poëta exprimere voluerit. Sicut Ad. 1. 1. 90. sq. „inter mulieres quae ibi forte unam aspicio adulescentulam;" quamquam „inter mulieres" simile est genitivo partitivo mulierum, oportet tamen illa dictio arctius coniungatur cum verbo „aspicio" id quod h. l. eo facilius intelligitur, quod non unam aspicit sed unam adulescentulam. Etiam faciliores ad explicandum sunt dictiones quas legimus Ad. 2. 2. 9. si nunc de tuo iure concessisses paullulum et ibidem 5. 3. 30. de summa nil decedet; praeterea conf. Hea. 4. 1. 39. ne expers partis esset de nostris bonis, — praepositio pro genitivo posita verum indicat rerum nexum, hereditatis ipsius

partem certam accipere non licuerit puellae expositae, tamen de bonis familiae aliquid et quidam annulum quasi hereditati non adnumeratun a matre acceperit. Copula inter nomen et praepositionem cum substantivo intercessit Ad. 3. 3. 8. hic de grege illo est. Ad. 5. 3. 31. „id de lucro putato esse omne" simile exemplum est. —

At accidit interdum ut genitivus notionem, inferiorem contineat, cuius generis ante omnes sunt genitivi quos vocant qualitatis. Ii apud superiorum aetatum scriptores non aliter usitati fuerunt atque ut notio superior, ex qua genitivum pendere dicunt, genus aliquod vel speciem significaret, minus singulas personas vel res, atque genitivo vel adiectivum vel similem vocem adiicerent qua illius notio accuratius describeretur. Terentius quoque hisce genitivis non aliter usus est, id quod haec exempla omnia ostendunt: conf. Hea. 1. 1. 12. agrum preti maioris; ib. 5. 1. 36. decem dierum vix mi est familia; Ad. 5. 6. 3. sq. hominem maxumi preti. Eiusdem generis sunt haec: And. 1. 1. 66. cum ingeniis eiusmodi; Ph. 5. 4. 2. eiusmodi cupiditatis; Eun 5. 2. 34. ex huiusmodi re; Hea. 4. 6. 8. huiusmodi res. (conf Madwig lat. Sprachlehre für Schulen: Genit. 6. Anm. 1.) Ph. 3. 2. 20. huiusmodi usus. Ad. 3. 3. 87. illiusmodi civium. Adiectivum pro substantivo cum hoc genitivo coniunxit Terentius Eun. 4. 6. 8. huiusmodi multa. Plura genitivi qualitatis exempla non inveni, ablativi saepius leguntur, quamquam plerumque nomini non adiuncti nisi copula accedente; sed licet comici vetustiorem eumque angustioribus finibus circumscriptum tueantur usum, liberiorem tamen apud hos eum factum esse quippe et dialogi necessitate et consuetudine vulgi non raro mutatum consentaneum est. Id in ablativo qualitatis factum est, quod iam compluribus exemplis evicturi sumus, praetermissis iis ablativis qui cum copula vel alio verbo coniuncti sunt quod accuratius definiant; ut And. 1. 1. 45. „egregia forma atque aetate integra" Simo de muliere illa Andria dicit pro „mulier egregiae formae," primum quod hoc additamentum duobus versibus ab ea voce ad quam spectat disiunctum est, deinde verba inter v. 43. et 45. interposita „inopia et cognatorum neclegentia coacta," quae loco enuntiati relativi sunt illos quoque ablativos pro enuntiato relativo accipiendos esse monstrant. Idem de v. 92 scen. eiusd. dicendum est; nam „forma bona" est „quae erat forma bona;" quo accedit quod ablativi in enuntiatione exeunte positi sunt. Quod inter utramque constructionem discrimen illis duobus locis verborum collocatione facile explicatum est, difficilius videtur ad intelligendum And. 2. 5. 17. ubi legimus: ego quum illam vidi virginem forma bona memini videre. At videamus: genitivo „formae bonae" poëta genus quoddam indicasset, cui illa virgo esset adnumeranda, ablativus (quippe quo solebant actionis cuiusdam conditionem exprimere) formam bonam esse rem summi momenti monstrat qua aliquid efficiatur, et ita rem se habere legentes verba sqq.: „quo aequior sum Pamphilo, si se illam in somnis quam illum amplecti maluit" fugere nequit. Reliqua huiusmodi ablativi exempla sunt Eun. 2. 1. 24. facie honesta; ib. 2. 3. 75 summa forma semper conservam domi videbit; Hea. 1. 1. 70. sq. atque animo fere conturbato atque incerto; ib. 2. 3. 54. inmunda inluvie (conf. And. 1. 1. 45); 3. 1. 10. tali ingenio atque animo; ib. 3. 3. 88. antiqua virtute ac fide; Hec. 3. 4. 27. lentiginosa facie; — Ph. 1. 2. 50 virgo ipsa facie egregia et Eun. 3. 2. 20. quam liberali facie? quam aetate integra? verbum esse supplendum est. Inter geni-

tivum qualitatis et nomen ex quo pendet verbum substantivum intercedit And. 2. 6. 9. bidui est aut tridui haec sollicitudo, — quo loco ex duobus genitivis et substantivi et adiectivi unus factus est, cuius similes supra commemorati sunt eiusmodi istiusmodi alii. Conf. praeterea And. 5. 2 15. videtur esse (senex) quantivis pretii; Hea. 1. 2. 30. sq. parentum iniuriae uniusmodi sunt ferme (conf. adn. 4.); ib. 2. 4. 7. vos esse istiusmodi; Hec. 5. 3. 1. meam esse operam parvi pretii; Ph. 3. 2. 44 me huiusmodi esse; — And. 3. 5. 2. tam nulli consili sum, et Ad. 5. 9. 20 quanti est (cf. And. 5. 2. 15.) nominis notio continetur verbo. Eun. 4. 7. 21. loco substantivi infinitivum habes: quanti est sapere. Sicut mera copula, ita passiva et activa verba genitivos qualitatis disiungere a nominibus licet, quae eiusmodi esse vel fieri dicuntur, unde vulgatus usus genitivi pretii cum verbis aestimandi vendendi emendi similibus constructi proficiscitur. Eiusmodi exempla habes haec, primum verbi faciendi: And. 1. 5. 58. te semper fecit maxumi (ib. 3. 3. 42. Hec. 2. 2. 18.) Hea. 4. 5. 40. aequi bonique facio; Ad. 2. 1. 9. huius non faciam, — ex genitivis haud paucos supra vidimus qui erant pronomina gen. neutr. et e sententiarum nexu intelligendi, h. l. „huius" si dicit Sannio non omittit vocabulum ullum, sed verbis suis haud dubie addit digitorum motum sicut nos dicentes: darauf gebe ich auch nicht soviel! (conf. Bentl. ad. And. 2. 2. 15. et Ruhnk. ad h. l.). Comicorum genitivus „flocci" qui ridiculose significat „minimi pretii" et substantivi forma duas exprimit notiones sicut genitivi tanti quanti alii modo invenitur negatione apposita modo non, ut Eun. 2. 2. 12: tum autem qui illum flocci fecerim, — Chaerea virginem formosam in via conspectam velocissime subsecutus a sene est retardatus nec deinde amplius illam assecutus primum: Illum, inquit, di deaeque omnes perdant, deinde sibi maledicit ipse qui restiterit et illum flocci fecerit. Deinde verbum pendendi habemus: And. 3. 2. 46. parvi pendo (Hea. 4. 3. 37; Hec. 3. 5. 63.) Ad. 5. 4. 25. magni pendi postulo; Eun. 1. 2. 14. nihili penderem (Ad. 3. 4. 6.); Hea. 1. 1. 103. quanti penderes; Eun. 3. 1. 21 ego non flocci pendere. Verbum emendi: Eun. 5. 4. 15. quanti (emit)? (Ad. 2. 2. 41.), Ad. 2. 1. 46. tandidem emptam; verbum redimendi Eun. 1. 1. 30. cum genitivo quanti coniungitur, postquam in eodem versu ablativus pretii bis antecessit: minumo, paullulo; et is unicus locus est quo apud Terentium hunc casum inveni. Nec qui factum sit ut eodem loco utraque constructione poëta usus sit fugere nos potest; ita enim hic consueverat talem pretii significationem qualitatem iudicare ut quum pretium bis statuisset id quo se redimeret tertio loco usitatam dictionem repeteret. Addas Ad. 2. 1. 49 dare tanti, et eundem genitivum verbum impersonale refert sequentem: Ph. 4. 3. 41. parvi retulit non suscepisse, 4. 5. 11 et 5. 3. 17. magni. —

Quaecumque adhuc prolata sunt genitivi qualitatis exempla, Terentium priorem v. vetustiorem usum esse tuitum demonstrant, neque igitur dubitabimus quin unum locum illi legi repugnantem haud integrum ad nos pervenisse statuamus. Potest certe fieri ut qualitatis genitivo finis ad quem actio quaedam spectet significetur, ut illo Caesaris dicto: naves quas sui quisque commodi fecerat; nec tamen quisquam recte dicat genitivi casus esse finem exprimere; qua re Ad. 2. 4. 6. sq. ubi mss. exhibent:

Ah vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id adsentandi magis quam quo habeam gratum facere existumes.

haud dubito eos sequi qui de genitivo adsentandi iure suspicionem iniecisse Bentleium dicant. Etiamsi libri veterrimi ut dedi verba illa habere dicantur nec Donatum alia legisse videamus: nullam tamen illi genitivo moram dare licet, sed menda antiquissima ex libris delenda est. Primum enim nec Terentius nec quod scio ante hunc Plautus nec hos secuti omnes usque ad aetatem Taciteam ullum exemplum praebent nostrum insolentia aequiparans. Similia qui Ciceronem sequebantur, paria vix protulit Tacitus. Tum de fine quem „in os laudando" et videatur velle assequi et velit Ctesipho haud dubie cogitat, a quo non multum differunt qui faciendi causam inesse volunt, ut Donatus qui: adsentandi, inquit, adulandi, et utrum deest causa an ad ipsam litem (Bentl. absolute) sic dicitur?" et fere peius Ruhnkenius: „supple causa vel gratia quod saepe per ellipsin omittitur." Quam rem ad demonstandam ex Cicerone Vir doct. exemplum fert nec cum nostro comparandum nec cui suppleto „causa" opus sit; Cic. de natur. d. 1. 21 „unum deliberandi diem" quin sit construendum quis dubitat? quae quum ita sint, etiam contra libros „adsentando" videtur scribendum esse (conf. Reisig. schol. p. 755. c. adn. Haas.).

At nisi substantivo in genitivo qualitatis posito adiectivum illud describens accedebat, hoc modo describebatur ut nomini ex quo penderet genitivus nomen inter illud et genitivum intercedens sive substantivum sive adiectivum apponeretur, ut si Terentius Ph. 5. 1. 26. dicit: harum qui est dominus aedium. Adiectiva huic rei apta sunt quae relativi solent dici notiones partim possidendi partim facultatis possidendi partim rationis exprimentes. Pleraque huiusmodi Terentiana exempla difficilia non sunt nec proprii quidquam habent, id quod magis spectat ad temporum posteriorum poëtas. Conf. adi. plenus: Eun. 2. 3. 27. corpus succi plenum; Ad. 5. 3. 60. favillae p. fumi ac pollinis; Hec. 5. 3. 20. vini plenum; vacivos (vacuus) Hea. 1. 1. 38. sq. v. tempus laboris; imprudens, ignarus: Eun. 1. 2. 56. inprudens harum rerum ignarusque omnium, Hea. 2. 1. 14. ignaram artis meretriciae; imperitus And. 5. 4. 8. homines imperitos rerum; immemor And. 1. 1. 17. immemori (homini) benefici; cupidus Ph. 3. 3. 12. ego eius videndi cupidus (conf. supra), socors Ad. 4. 5. 61. ceterarum rerum te socordem; miser Ad. 4. 5. 32. illi animi misero. Addas hoc exemplum participii adiectivi loco positi: Hec. 1. 2. 67. cupiens tui. His multo plura exompla apud Terentium inveniuntur quae illa et complura alia istiusmodi adiectiva addito verbo sive mera copula sive verbo existendi sive efficiendi ostendunt, e quorum verborum et adiectivorum notionibus coniunctis usus frequens effluxit ut illorum loco posita verba cum genitivo qualitatis construerentur, apud Terentium plura quam apud scriptores qui post hunc vixerunt. Sed animadvertendum est coepisse tamen illius aetate hunc usum labefieri: carere enim dixit et alicuius rei et aliqua re, obsaturari rei, abundare re, potiri rem. Iam ad exempla quaecunque inveni enumeranda accedo: Hea. 3. 1. 19. cuius te fieri participem cupis; ib 4. 1. 39. ne expers partis esset; Ad. 3. 2. 12. vix sum compos animi; Eun. 1. 2. 25. plenus rimarum sum; Ad. 3. 3. 58. praeceptorum plenus est istorum ille; Hec. 5. 4. 8. venustatis (est) plenior; Ad. 5. 1. 3. sum omnium rerum satur; Hea. 4. 8. 28. istius obsaturabere; And. 5. 3. 19. huius indigeas patris; Hea. 2. 4. 20. tui carendum erat (conf. Krueg. et Billr. l. l.); Ad. 2. 1. 6. ignarum fuisse meo-

rum morum; Hec. 4. 4. 53. ignarum tuarum lacrumarum esse; ib. 60. tui animi esse ignarum; Hea. 2. 1. 3. illarum affines esse rerum; Ph. 1. 3. 4. tam audacis facinoris conscius sis; And. 1. 5. 46. memor esses sui; Eun. 4. 7. 31. huius loci dieique meique memineris; ib. 45. domi focique memineris; Hea. 5. 1. 78. (5. 4. 3.) meminerit mei; Ph. 1. 3. 2. eius adventi venit in mentem (ib. 4. 3. 47. Bentl. genitivi auctor est;) (Eun. 3. 1. 47. mentionem Phaedriae facit), — saepissime praeterea apud Terentium legimus „in mentem venit," sed nominativo apposito. Eun. 2. 3. 15. oblitus sum mei; Hec. 1. 2. 16. sq. cupida eram huc redeundi, abeundi a milite vosque hic videndi; ib. 3. 1. 3. eram cupidus redeundi; Eun. 5. 4. 16. quam sint avidae cibi (conf. ib. 1. 2. 51. ad rem est avidior, c. Ruhnk. dictt. p. 94.); Ph. 4. 3. 18 est fugitans litium; Eun. 2. 2. 17. esse primus omnium rerum; Ad. 2. 3. 6. esse primarum artium magis principem. Hec. 1. 2. 46. animi incertus foret; Hea. 4. 4. 5. pendebit animi; Ad. 4. 4. 1. discrucior animi; Ph. 4. 1. 12 consili incertum facit; Ph. 1. 4. 10. excruciat animi; Eun. 4. 7. 39. furti se adligat; Ph. 2. 3. 12. insimulabis malitiae; Ph. 5. 8. 78. huius sis veritus feminae primariae; Eun. 2. 2. 43. falsus animi es; Hec. 3. 1. 54. sq. me tuarum miseritumst fortunarum (Hec. 3. 3. 19.; Ph. 1. 2. 49.; 3. 2. 16.); miseret: And. 5. 2. 28.; Eun. 4. 7. 32.; Hea. 1. 1. 116.; 2. 3. 19.; 4. 5. 1.; Hec. 1. 1. 7. (lod. Bb. misereas); ib. 3. 4. 32.; Ph. 1. 4. 11.; miserescere Hea. 5. 4. 3.; commiserescere Hec. 1. 2. 54.; piget And. 5. 3. 6.; Ad. 3. 3. 37. sq. (Ph. 3. 3. 21. accusativus pro genitivo legitur); poenitet Eun. 5. 6. 12. Hec. 5. 2. 9. Ph. 1. 3. 20.; taedet Eun. 2. 3. 6.; Ad. 1. 2. 70.; pudet Hea. 2. 3. 19.; 3. 3. 15 (hic animadvertas: aput alium). Ad. 3. 3. 37. Hec. 5. 2. 27. Ph. 2. 3. 45. 3. 2. 41.; Ad. 4. 5. 49. „me tui pudet" aliquantisper genitivi significatio differt, quum non eius quod fecerit Micio pudeat Aeschinum, verum quod coram adsit ille; ut verba Terentiana significent: tuae praesentiae pudore sum impletus vel praesentia tua mihi ruborem facit, quod vernacule dicimus: Ich schäme mich vor Dir (conf. Krueg. et. Billr. l. l.) Denique num Ph. 2. 1. 41. rei aut famae (temperans) sit genitivus an dativus vix disceptemus, quum participia quidem eiusmodi adament genitivum, verbum autem temperandi cum genitivo vix inveniatur. —

In initio libelli nostri statuimus esse genitivi rationem exprimere quae inter duas notiones sit vi et gravitate inter se diversas. Et iam omnibus iis quae huc spectant pro viribus diligenter inquisitis ad finem opelli pervenisse videamur. At restat is genitivi usus quo notiones inter se pares tamen ut inter se diversae iudicentur; paucis enim tantum locis apud latinos nec quod sciam ullo apud Terentium genitivus huic rei inservit non intercedente inter genitivum idque nomen ad quod ille pertinet alia voce quae exponit qualis sit ratio inter duas aequales notiones intercedens. Quod optime fiat accedentibus substantivis v. c. imagine vel similibus: qua re haud ineleganter Bentleius suspicatus est Terentium scripsisse Eun. 3. 2. 43. domini simia es, — ut Thraso ira vel maxima affectus in aemuli servum contemptionem et huius et illius vix posse gravius exprimere videatur quam altero aequo habito alteri simiam unum dicens alterius. Sed quamvis Bentleianum placeat, libri obsunt plerique ut videtur omnes „similis" praebentes. Ceterum idem facit adiectivum similis, quod cum genitivo legitur Eun. 2. 3. 22. haut similis virgost virginum nostrarum; ib 43. eho nonne hoc monstri similest? Hea. 3. 2. 40. siquid

huius simile forte aliquando evenerit, ib. 5. 3. 18. tui similis est probe; Ad. 1. 2. 16. nullum huius factum simile, ib. 3. 3. 57. erit similis maiorum suum; Ph. 3. 2. 16. uterque est similis sui; ib 6. 8. 61. monstri ita me di ament simile. Addas consimilis: Hea. 2. 4. 13. cuius mos maxumest consimilis vostrum. Sed etim hic usus non idem est omnibus locis, nam dativum quoque Terentius adiunxit his vocabulis quamquam bis tantum: Eun. 3. 2. 15. perpulchra credo bona aut nostris similia, et Hea. 2. 4. 2. isti formae ut mores consimiles forent (conf. adn. 7.) Nec vero nos fugit nec cur saepius sermo vetustior genitivo usus sit nec qui a dativo differat genitivus. Volunt latini ubique genitivo unam notionem ex altera pendere significare, quare quum etiam res quam maxime inter se pares tales cogitarent latini, etiam accedentibus iis notionibus genitivo uti solebant quae rationem intercedentem accuratius definirent, et quo maior erat numerus notarum utriusque rei communium vel quo similiores duae res erant, eo magis tanquam indigebant sui atque altera ex altera pendebat. Contra dativus usurpatur ad eam rem significandam quacum aliquid comparari possit; et priores scriptores arctiorem nexum inter hasce notiones observaverunt et obtinuerunt, quod exempla supra prolata ostendunt. Quibus locis genitivi positi sunt adiectivum similis fere omnibus cum substantivo v. c. simulacrum commutare liceat et res comparatae sive natura sive ex opinione loquentium inter se sunt simillimae; sed Eun. 3. 2. 15. (s. haut s. aut legis) quamquam ironice Pamphili dona pulcherrima dicit Thraso ut etiam cum suis comparari possint, ex animo tamen eius non est dixisse „aut nostrorum similia,“ nec magnam inter Eunuchum et virginem formosam similitudinem reperias; Hea. 2. 4. 2. „isti formae“ dativum ea de causa Terentius posuit, quod quamvis speram dent ut formam aequiparent mores ab initio, hae duae res sibi oppositae sunt, quales tamen inter se comparare homines consuevere.

Ad hunc locum etiam spectant genitivi appositionis, qualis apud Ter. duos inveni, unum Eun. 4. 4. 29. monstrum hominis, alterum Ph. 2. 3. 46. rem decem talentum.

Ellipsin nominis ex quo genitivus penderet in exclamatione admisit Terentius, ut Ph. 2. 3. 4. pro deum immortalium: cuiusmodi genitivis „fidem“ apponere consuevit. Ad. 4. 2. 43. legitur „ad Dianae“ ubi „aedes“ supplendum est.

Duos vel plures genitivos ex eodem nomine pendentes ap. Ter. non inveni nec saepe factum est ut alius alium exciperet: nam in dialogis nexus verborum quam maxime pellucidus sit oportet: Hec. 3. 1. 38. verborum collocatione: matris vox visast Philumenae, et Ph. 1. 1.5. „erilem filium eius duxisse audio uxorem“ uno genitivo cum adiectivo commutato poëta prohibuit quominus verborum constructio displiceret. — De casu locativo qui plerumque genitivi formam prae se fert disputare nolebam. —

Adn. I. Dativus per se quidem satis differt a casu secundo, quum ille finem actionis ad quem pertineat exprimat itaque enuntiati praedicatum quod dicunt accuratius describat. Permulti tamen etiam apud Terentium exstant loci ubi dativus legitur nec tamen necesse est eum positum esse; neque enim saepissime minus liceat credere genitivum poni posse pro dativo, non quod ibi locorum secundum nostram dicendi consuetudinem genitivo locus esse videatur, sed quod alii exstant loci qui nihil ab istis differre

videntur nec tamen dativum monstrant sed genitivum; v. c. Hea. 3. 2. 28. Ad. 3. 1. 7. voci remedium adpositus est genitivus, sed legis dativum Ph. 1. 4. 22: quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser? Ph. 4. 3. 11. inveni remedium huic rei. At interest hoc quod his locis verbum inveniendi legitur, illis maior vis inest substantivo remedium. Nec tamen hoc sufficit; nam quamquam Ph. 1. 4. 8. verba: „remedium inveniam iracundiae" nihil efficiunt ubi disceptari nequeat, quem casum poëta posuerit, accedit alius Hec. 3. 3. 1. neque mearum rerum initium illum invenire idoneum. Quis hoc loco ubi idem verbum inveniundi et praeter hoc adiectivum „idoneum" legimus non exspectet dativum? denique quum ne collocatio quidem verborum quam v. c. Ph. 1. 4. 32 vix ab hac differre dicas explicandi viam monstret nihil aliud ut faciamus relinquitur nisi ut statuamus Romanos dativo uti maluisse, ubicunque verbum usurparent ad quod posset referri nomen praesertim ubi essent verba quae deficiente altero nomine cum dativo coniungi consuevissent, sed genitivum praeferebant simul notio nominis superior et gravior erat quam verbi. Qua re quocunque loco dubitatur sententia examinanda est: Hec. 3. 3. 1. genitivus suo loco legitur, neque enim Pamphilus suis rebus demum vult invenire initium, sed id quod habent suae res initium ut inveniat optat. Sed nec bene diceretur nec recte And. 1. 1. 124 tu ipse harum rerum finem praescripsisti — pro his rebus, quippe quae usque ad illud tempus fine caruerint. Conf. Hea. prol. 34 nisi finem maledictis facit; Hec. 1. 2. 20. sq. haut opinor commode finem statuisse orationi militem. — Conf. praeterea Hea. prol. 47; 2. 3. 100; 3. 1. 13; Ph. 1. 3. 9; 3. 3. 2; Ad. 4. 3. 11. Hec. prol. 2. 41 (4. 1. 59); 4. 2. 5. (8.); Hec. 4. 4. 92; Ph. 1. 2. 21; 3. 3. 14; 4. 4. 20; 5. 6. 32. — And. 2. 6. 27; Eun. 2. 3. 68; 5. 8. 22; Ad. 4. 2. 29; Hec. prol. 2. 40. (Ex forma substantivi coniicere non potes utro casu poëta usus sit: Hec. prol. 2. 24; 3. 2. 2; And. 4. 3. 2; Eun. 4. 3. 4; Ad. prol. 25; 1. 2. 66). De his et multis aliis exemplis si tempus mihi suppetet alio loco accurratius disseram. —

Adn. II. Non raro fit ut casus quidam cum praepositione coniunctus positus esse dicatur pro alio casu nec genitivum excipere possumus. Et vere sunt multae praepositionibus expressae dictiones quas genitivis esse similes negare non potes. Iam hic quum supra de genitivis possessivis et subiect. et obiect. dictum sit, nonnulla exempla addo ubi praepositiones cum casibus suis pro genitivis stare videntur. Conf. Eun. 3. 1. 25. habes imperium in belluas (conf. 5. 4. 41; Hea. 4. 3. 32); ib. 5. 4. 24. quae futura exempla dicunt in eum indigna (conf. v. 26); Hea. 3. 1. 15. mihi quidem cotidie augescit magis de filio aegritudo; Eun. 5. 4. 5. a meretrice avara virginem — amabat; Hea. 5. 2. 27. periclum etiam a fame mihi sit; Ph. 2. 1. 16 omne id deputare esse in lucro. Similitudinem certe eius rationis quae inter genitivum et nomen huic adiectum intercedit omnibus his locis animadvertas, nec tamen ullo eorum genitivo pro praepositione uti liceret. Denique conf. Ph. 1. 2. 55. ubi consentaneum esse videtur genitivum pro praepositione cum casu suo stare, haec tamen locum habet, nam legimus „nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem." Iam primum quisque videt disponenda esse haec verba ita: nihil adiumenti aderat ad p., nec tam de adiuvanda pulchritudine vel de remedio pulchritudinis augendae quam de re aliqua quae ad

pulchritudinem accedat dici; qua re vernacule non verteres: Es war keine Schönheitshülfe, kein Schönheitsmittel da, sed: zu ihrer Schönheit (quae pulchritudo iam versu 54. indicata est) trat kein Hülfsmittel hinzu. Accedit quod Terentius plures genitivos alios alios excipientes non adamat; postremo alliteratio non est negligenda qua Terentius hic usus est ut interdum. —

Adn. III. Reisigius Demosth. Olynth. 1. p. 19. v. 3. profert; locum qui nunc quidem non amplius documento sit: nam quum antea ibi legeretur: *τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν* et multam interpretes operam navarent ut duplicem genitivum explicarent, quin etiam num essent similes loci dubitarent et ad mirabiles res perfugerent (conf. Bremi ad. l. l.), jam recentissimi plerique editores — nisi non satis edoctus fallor — propter codices *τούτων* omisisse videntur, quamquam G. Dindorf. ed. apud Teubn. in l. m. 1852. retinuit. Sed sive illud genuinum est sive minus, neque deficere sermonem graecum tales duplices genitivos (conf. Haas. ad Xen. republ. Laced. p. 86. sq.) nec qui inveniantur multum facere ad similem latinae linguae usum exponendum contendi potest. Doleo tamen quod Herm. ad Soph. Trach. 57. adn. inspicere mihi non licuit.

Adn. IV. Hea. 1. 2. 31. altera versus pars interpretes omnes vehementer vexavit quamquam omnium unus tantum Magnaeus Islandus (ed. Hauniae 1788.) confessus est locum sibi non liquidissimum videri; ceteri aut priores interpretationes repetierunt aut disputarunt ita ut veram verborum sententiam se latuisse ostenderint. Codic. plerique inter quos Bembinus initio versus legunt „uniusmodi,“ ceteri „huiusmodi (conf. Both. ed. I. 1822. p. 242. qui de Bembino dissentit), sed in parte altera non discordant, legunt omnes: paullo qui est homo tolerabilis. Videamus quam sententiam h. l. deprehendamus. Menedemo ob filium absentem magno luctu affecto scena egresso quem Chremes multimodis consolari studuerat, hunc adit Clitipho filius de Cliniae reditu narrans ac de recente eius timore patris. Ad quae hunc timorem esse inanem Chremes respondet nec recte aut cogitasse de patre aut fecisse Cliniam, quem aequum esset ex patris more vivere haudquaquam duri, cuius iniuria non alia esset ac ceterorum. Quare Terentius v. 30. sq. Chremetem loquentem ostendit: nam parentum iniuriae uniusmodi sunt ferme; quae verba ea sequuntur quibus illae iniuriae significentur: filios crebro nolunt scortari, nolunt convivarier, praebent exigue sumptum. Neque ita quidquam requiras quod desit sententiae et altera pars v. 31. omitti posse videatur. Desunt tamen subiecta vel personae quas nolunt parentes scortari crebro et quae sq.; quare necesse est subiectum contineri illis verbis: p. q. e. h. t. Ille igitur interpres vetustissimus, cuius verba Bembino cod. adscripta sunt, a vero non aberravit quum scriberet: „aut eum (subauditur) scortari crebro nolunt, ut sit filium qui sit tolerabilis.“ Vernacule hunc locum verto: Und der Vorwurf der Härte, der ihm gemacht wird, trifft ihn nicht; denn alles Unrecht, dessen man die Eltern zeiht, ist fast derselben Art: wenn der Sohn sonst ein etwas leidlicher Mensch ist (Gessner: ein Mensch, mit dem man auskommen kann), sehen sie es nicht gern, daß er sich sinnlichen Genüssen zu sehr hingebe. Etiamsi vero sic quoque potius exspectetur pluralis in enuntiatione relativa, singularis tamen non condemnandus est; quem nullo modo Romani tolerabant, si ad parentes

spectabat enuntiatio relativa. Bentleius tamen hanc interpretationem probavit. At minime rectum sensisse d. h. l. videtur Krauss. quaestt. Terent. crit. p. 38. qui qua est insolentia (conf. p. 25. et 43.) facili negotio h. l. verum invenisse sibi videbatur, quum illa verba a codicibus satis tuta ita mutaret: paulloque est hic mos tolerabilis; quomodo nec difficultatem sustulit et sententia frigidiore quam quae Terentium decebat enuntiata arctissime inter se connexa diremit. Aliud artis criticae istius Viri docti exemplum invenis p. 23. l. l. —

Adn. V. De genit. quartae declinationis in uis exeunte confer Reisig. schol. p. 100. cum adn. 89; de genitivo in i exeunte conf. quae Ritschel in Mus. Rhen. VIII. 3. p. 494. sq. 1852. de genit. senati disputavit. —

Adn. VI. Cum pronominibus demonstrativis et relativis Terentius coniunxit vocabulum causa v. c. And. 2. 3. 18. ea causa (Hea 5. 4. 13.; Hec. 1. 2. 30. 115.; 2. 1. 38.; 3. 2. 13.; Ph. 3. 1. 8.); Hea. 1. 1. 35. hac causa qua — 4. 1. 36. qua causa (4. 6. 23.; Hec. 4. 1. 4.; Ph. 4. 1. 1.); Hec. 3. 1. 3. hacine causa; — gratia: And. 2. 6. 2. ea gratia (Hea. 4. 5. 20.; Hec. 4. 3. 11.; And. 3. 4. 8.); Eun. 1. 2. 19. 79. qua gratia. —

Adn. VII. Dativum adiectivo similis adiecisse Plautum contendit Madvig, Ritschel negavit. Conf. disputat. ab hoc institut. Mus. Rhenn. VIII. 1. excs. 20., ubi ne Terentium quidem neglexit.



Jahresbericht
über das Gymnasium zu Oels von Ostern 1852 bis Ostern 1853.

I. Lehrverfassung.

A. Prima. Ordinarius: der Direktor.

Lateinisch. 8 St. **Horat. Od. II.** und **III. Carmen saeculare. Epist. I.**, 1. Erklärung abwechselnd in deutscher und lateinischer Sprache. 2 St. Revision der Privatlektüre. Wöchentliche Exercitien und Extemporalien mit Erläuterungen aus der Stilistik und **Syntaxis ornata.** Metrische Uebungen. 2 St. Der Direktor. **Ciceron. Brutus, Quintilian. lib. X. Tacit. Annal. I.** und **II.** mit abwechselnd deutscher und lateinischer Interpretation. 3 St. (Die Schriftsteller wurden nicht neben, sondern nach einander gelesen). Aufgabe und Beurtheilung der monatlichen freien lateinischen Aufsätze. 1 St. Böhmer. — Griechisch. 6 St. **Homer. Iliad. IV.—XV.** (theils statarisch, theils cursorisch). **Sophocl. Oedip. R., Demosthen. oratt. Olynth., Thucyd. lib. I.** Moduslehre in Verbindung mit Extemporalien. Repetition der homerischen Formenlehre. Der Direktor. — Deutsch. 3 St. Deutsche Literaturgeschichte von Lohenstein bis auf die neueste Zeit. 1 St. Deutsche Aufsätze und Uebungen im freien Vortrage. 1 St. Lectüre von Schiller's Braut von Messina, Göthe's Iphigenie in Tauris und Lessing's Laocoon zum Theil. 1 St. Schmidt. — Französisch. 2 St. Lektüre nach Menzel's Handbuch mit abwechselnd französischer und deutscher Erklärung. 1 St. Wiederholung der syntaktischen Regeln und schriftliche Einübung des 3. Cursus nach Hirzel; Exercitien und Extemporalien. 1 St. Böhmer. — Hebräisch. 2 St. 1. Samuel. c. 1—8. Psalm 8. 19. 29. 72. — Grammatik nach Gesenius. Alle 14 Tage ein Exercitium, meist gleich auf der Stelle angefertigt. Rehm. — Religion. 2 St. Auslegung des apostolischen Symbolums. Die Beweisstellen der heiligen Schrift wurden memorirt. Einzelne Abschnitte im Urtexte gelesen und erläutert. Der Direktor. — Mathematik. 4 St. a. Stereometrie, 2. Theil. Von den prismatischen, pyramidalischen Körpern und der Kugel. Berechnungen mit Hülfe der Trigonometrie. b. Wiederholung der Elemente der Mathematik, mit schriftlichen Aufgaben und Ausarbeitungen über den Zusammenhang einzelner Lehren. Bredow. — Physik. 2 St. a. Optik und Botanik. b. Einleitung in die Naturwissenschaften; die Mechanik fester Körper, Akustik. Die Hauptlehren der Astronomie. Bredow. — Geschichte und Geographie. 2 St. Geschichte des Mittelalters mit geographischen Einleitungen und Erläuterungen. Kurze Repetition der alten Geschichte. Rehm. — Philosophische Propädeutik. 1 St. Logik und Methodologie; die ersten Abschnitte der empirischen Psychologie. Böhmer.

B. Secunda. Ordinarius: Conrektor Dr. Böhmer.

Lateinisch. 10 St. **Virgil. Aeneid. V.—VIII. Ovid. Fast. I.** (mit Auswahl). Versübungen. 2 St. Cicero's Reden **pro rege Dejotaro, p. lege Manilia, p. Ligario,**